BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
31 C
37

(33) 12-34 E. 37

PHILOSOPHIÆ TRIVMPHVS,
hoc eſt,

METAPHYSICA PHILOSOPHANDI METHODVS,

QVA DIVINITVS INDITIS MENTI notitijs, humanæ rationes eò deducuntur, ut firmiſsimis indè conſtructis demonſtrationibus, apertè rei ueritas eluceſcat, & quæ diu Philoſophorum ſepulta fuit authoritate, PHILOSOPHIA uictrix erumpat:

QVÆSTIONIBVS ENIM VEL ſexcentis, ea quibus cum reuelata nobis ueritate PHILOSOPHIA pugnare uidebatur, adeò uerè concilientur, ut non fidei ſolùm ſeruire dicenda ſit, ſed eius eſſe fundamentum.

AVTORE,
NICOLAO TAVRELLO
Montbelgardenſi Med. Doctore.

ARNHEMI
Apud Ioannem Ianſonij
Anno. 1617.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

GENEROSO DOMINO, INVICTAEQVE VIRTVTIS HEROI LAZARO A SCHVendi, Baroni in Hoben Lantſperg &c.

Domiuo ſuo plurimum, & humuliter Obſeauando.

LECTO, fortaſsis huiuſce Libelli titulo, (Generoſe D. Baro) tuoqúe poſt nomine conſpecto, prima ſtatim fronte cōmoueberis, quòd ea Tibi dedicauerim,
æ noſtræ fidei maxime uideantur eſſe
ntraria : Cùm ſint enim dogmata
iloſophorum notiſsima, quæ reuelata
bis ueritate refutantur apartiſsime,
n Theologorum conſtat authoritate
ımmodo, ſed & unanimi Philoſopho-
a temporis etiam noſtri conſenſu;

Theologiæ Philoſophiam repugnare. Puerilis hæc ergo uidebitur eſſe temeritas, quod poſtpoſita Theologorum authoritate, neglectoq; Philoſophorum conſenſu, Philoſophiam unus ego, quæ tot eſt conſpurcata mendacijs, adeó ſim auſus extollere, ut non Theologiæ ſolum non dicatur eſſe contraria, ſed ipſius etiam fidei ſtatuatur eſſe fundamentum, uidebitur & Tibi (Magnifice uir) impudens audacia, quod te tantæ uelim hæreſeos eſſe protectorem. Nec leuis hinc etiam apparebit arrogantia, quòd ea quæ tot, tamq; graues ingenio Philoſophos ignoraſſe nouimus, me iactitem eſſe rationibus aſſequutum, ut hac in re tuo uidear abuti nomine: Sed ecce:

Conſcia mens ueri ſatis eſt in utrumq; parata.
Seu RATIO ualeat, ſeu ſit habenda FIDES.

Non ita ſane res adeo gravis eſt ponderanda: quaſi falſum ſubitò foret, quod aliquam habet ſpecien abſurditatis: Hæc eſt enim Philoſophicæ nota grauitatis, ut

ut ſubtilib. eradicata ueritas argumentationibus, captum ſuperet etiam acutiſſimorum, leuia ſiquiden uel ruſticis quibusq; poſsint eſſe notiſsima. Noſter (haud inficior) huiuſce Libelli titulus paradoxam præ ſe fert opinionē, quæ Lectorem ſpecie falſi poſsit ab hiſce deterrere. Nil moror: Nec iſta nobis eſt hominum accepta leuitas: Stupidiſsimi ſignū eſt ingenij, uel pertinacis etiam imperitiæ, ſi quod ab inhauſta repugnauerit opinione ſubitò quis abijecerit. Hic ergo titulus noſtris erit proba Lectoribus, ut qui uel ingenio minus apti fuerint, ut inſcitiā pertinaciter adſeruare uoluerint, ab hac arceantur abſtruſæ doctrina eritatis: Sic qui uero mentem probe hiloſophicis excoluerint, noſtramq; ne tædio ſententiam diligenter examinauerint, non ea ſolum, quæ titulo ſuus polliciti, ſed plura nos etiam præſtiſe fatebuntur, cū præter Dei noſtriq; otiam (quod Fidei volumus eſſe fundaentum) ipſam quoque Fidem, ut & alia

quæ ſola reuelatione ſciuntur, rationibus aliquo modo confirmauerimus.

Hiſce proculdubio non Theologi ſolúmmodo,ſed ipſimet etiam Philoſophi commouebuntur: Cúm tamen hæc ad ipſam Fidei ueritatem omnia dirigantur,nulla poterit impietas animaduerti, nec abſurda fuerint, quod uerisſmis confirmentur demonſtrationibus, ut nec Theologis,nec Chriſtianis ipſa Philoſophis improbanda ſint, cedendumq; ſit Ethnice Philoſophantibus.Ego uerò ne contradicēdi ſtudio forſàn impulſus eſſe uidear,quod hæc in lucem auſus ſim emittere,paucis quid me mouerit exponam.

Cúm Thubingæ ante ſeptemnium Philoſophiæ ſtudijs incumberem,diſputationibus (ut moris eſt)exercebar, quæ tum temporis iſthic maxime profectò uigebant,ijs ego ſi quiſquam alius ſummopere delectabar: unum diſplicuit (quæ data fuit hæc meditandi nobis occaſio)quod cùm(& uere quidem) Philo-
ſophica

ſophica Theologicis adiungerentur, hæ uoces hinc inde uolitarent Philoſophice diſputamus, non Theologice: diſſerimus Aſtronomice, non Phyſice: Primùm enim conſyderare cœpi, duplex ne poſſet unius eſſe rei ueritas, ut quod Theologice falſum eſt, uerum poſsit eſſe Philoſophis, quæ cum poſtea diligentius examinarem, perfici quidem poſſe ſcientiam agnoui, non aberrare, quod ea quæ ſciuntur, oporteat eſſe uerisſima. Sacris igitur edoctus ex nihilo factum eſſe mundum, hac obſeruata fidei regula uerum eſſe nihil quod Theologiæ repugnat, rationes undiquaque plurimas excogitaui, quibus hæc tolleretur contradictio, ſed nullo modo potuerunt iſta conciliari, cedendum fuit alterutri: Reſpectum namq; dum conarer opponere, talis erat, ut cũ ſimpliciter uerum ſit factũ eſſe mundum, ſolis falſum poſſet eſſe mẽdacibus. Hæc ubi conſpexiſſẽ, mirari contigit Chriſtianos ijs ad eò poſſe delectari, quæ fidei ueritate cõuincuntur eſſe

falſiſsima. Deniq; cũ mens hanc ſententiarum diſcordiam ferret ægerrime, Philoſophiam dimiſſurus eram, niſi uel ex improuiſo aliud incidiſſet, quo tam nobilis ſcientiæ dignitatem tueri poſſe ſperabamus. Philoſophorum decreta conſtat eſſe falſiſsima: Demonſtrationes autẽ noueram eſſe neceſſariò ueriſſimas, ut erraſſe Philoſophos exiſtimarem, cujus culpa non ſcientiæ, uel demonſtrationis, ſed hominum imperitiæ deberet adſcribi. Rationibus ergo per obſcura diſcurrens, uiam tandem inueni, qua ueritatem conſequerer, etiam Philoſophice: Perrexi fœliciter ulteriùs, nec ſat erat, ut hanc Philoſophiæ maculam diluerẽ, qua fidei repugnare uidebatur, eius etiam promouenda fuit authoritas. Succeſſit & hoc etiam fœliciter: Id enim Philoſophiæ nouerã eſſe tribuendum, quod humana mens certo rationum diſcurſu poſſet aſſequi: Sed quæ ſola reuelatione ſciuntur eſſe Theologicis anunmeranda. Rem igitur eò deduximus, ut Philo-

ſophiam

ſophiam Fidei fundamentum eſſe conſequeretur. Hæc nos hocce Libello præſtitimus: Res ipſa loquetur. Cum itaq; ſeptem circiter annos hac in re contriuiſſimus, (etſi ſtudijs interea diſtracti ſumus, ad hæc nequaquam pertinentibus) hoc tandem Opuſculum abſoluimus, & multo quidem labore, nec non intenta profectò meditatione, quod nullus hæc ad hoc uſq; tempus (ut exiſtimo) tentauerit, cuius ope iuuari potuerimus. Etſi uerò ſcripſère forſàn aliqui multa, quæ nobis ad hæc ualere potuiſſent, nil tamen ea nobis auxilij præſtiterunt, ſed ea ſolũ quæ mens dictauit excepimus. Placet enim minime quod hoc tẽpore plurimi factitare ſolent, qui Principum ſibi conciliant alieno labore fauorem: Hæc inquam tandem abſoluimus ut nunc nobis fuerint euulganda.

Quamobrem cum diu cogitaſſem, cuinam hoc Opuſculum acceptum eſſe poſſet, Tua fecit animi Fortitudo (Generoſe Baro (Tua fecit aduerſus Turcas cuiq;

 notiſsi

notiſsima Virtus, ut Te præ cæteris omnibus hac in re mihi patronum eſſe deſyderarē: Cum hoc enim Libello calumnias Ethnicorũ infringamus, qui noſtrã impudēter aſſerunt abſurdam eſſe religionem, hoc noſtræ fidei propugnaculum ei maxime iudicauimus eſſe dedicandũ, qui ſua uirtute fracto Turcarum impetu uictoriã adeo ſæpe reportauit, ut merito dicatur inuictus eſſe nominis Chriſtiani defenſor. Etſi uero tantum nobis equidem Diuina ualet authoritas, ut cum ſit quod credimus uerìſsimum, nullo modo dici debeat abſurdum, nequaquam tamen hæc ratio ſufficiens exiſtit, cui poſsint infideles acquieſcere, quin eo maxime nomine hanc negent eſſe Dei Doctrinam, quod inditis ab eo menti notitijs repugnare uideatur: Et uere profecto; Mentem enim Deus ueritatis, non mendacij principijs definiuit: ut abſurdum ſit quicquid hiſce repugnauerit. Quærendum igitur eſſe iudicaui, noſtráne fides an Philoſophorum decreta

creta

creta magis eſſent rationi conſentanea, tandemq; Philoſophos aberraſſe cognoui, noſtram uerò quam tuemur religionem innatis humanæ mẽti principijs, & ijs uere conſtructis adeò non repugnare demonſtrationibus, ut ijs maxime ſuſtineatur. Hiſcé Tibi quod Libellus iſte docebit (Heros inuicte) Philoſophiã adeo nacta ueritate nitidam exhibemus, ut quod ſibi non Dei ſolum, ſed eius operum, noſtriq; notitiam uendicet, merito noſtræ Fidei fundamentum eſſe ſtatuatur, Plurimos hiſce proculdubio cõmouebimus, ut nos inauditæ damnent hæreſeos, noſtra nimirúm ſententia titulotenùs ſolum conſyderata: Sin tamẽ omnia diligenter exanimauerint, non dubito, quin noſtrum probaturi ſint inſtitutum. Chriſti namq; fidelib. indignum eſſe iudico, quicquid eiuſdem Doctrinæ repugnat, ut uel abijcienda ſit eis Philoſophia, uel ſuis expurgari debeat errorib. quod nos hoc Libello præſtitimus. Cũ itaq; Tuũ uſq; adeo Fortitudinis

nomen

nomen excreuerit, hac eris etiam (ut ſpero) mihi uirtute patronus, nec ſubitò quod prima facie uidetur abſurdum abijcies, quin id prius experiaris, an ſim fortiter ego defenſurus, quod cum ueri conſcia mente ſperē eſſe futurum, quicquid modo ſit quiſq; tentaturus.

Tu mihi tantillum quæſo concede fauoris,
Dum tibi quod trado uideris eſſe ratum.

Hunc habes igitur Philoſophiæ Triumphum (Magnifice D.) Triumphum, inquam, et meritò, quod præclaram nacta ſit ipſa uictoriam: Cum enim Philoſophorū niteretur authoritate, niteretur & eorundem rationib. cum Theologia ſic eſt congreſſa uictoriam, ut non uincendo ſed uicta uictrix obtinuerit: Victa quidem ſeſe captiuam Theologiæ tradidit, ſed exoptatum eſt hoc ipſo nacta Triumphum, agnita nimurum ueritate, quæ cum uera ſit ſcientiarum uictoria, debellato ſane Sathana ſcientiarum corruptore, Philoſophia uictrix euaſit:

Sed

Sed hiſce plùs ſatis, quæ ſi placido uultu (quod ſperamus) exceperis, Te non heroica ſolum uirtute ſtrenuum fidei, ſed fortem benigno pectore ueritatis defenſorem eſſe demonſtrabis. Faxit ergo precamur Deus Opt. Max. proſpera diu ualetudine frui poſsis, & quæ propoſueris ex animi ſententia fœliciter omnia procedant.

Tuo Generoſo nomini

deditißimus.

Nicolaus Taurellus Montbelgard: Med. Doctor.

THESES QVIBVS LIBRI SVMMAM Lectori paucis exponimus.

PRopoſitiones aliquot hac de re ſcriptas, ante quinquiennium edidimus, eo fine ſolum ut expiſcaremur an forent qui ſtudium noſtrum reſpuerent, quorum rationes (ſi quæ nobis obiectæ fuiſſet) hoc ſtatim libro refutaſſemus, quod cum antehac factum non ſit, occaſionē fortè dabunt aliqui copioſius hæc aliàs tractandi. Pius etiam lector facilè poterit ijs animaduertere, nos argumenta quibus erroneam de ſubſtantia peccati ſententiam refutauimus, aliundè nequaquam excerpſiſſe, quod eo tempore parum hæc exagitaretur quæſtio. Talia (fatebor) dederat anſam ut ſcrutaremur, doctiſsimus ætatis noſtræ Philoſopus Iacobus Scheckius præceptor noſter chariſsimus, qui nobis in ſuis prælectionibus aliquoties inculcauerat, bonis

nis

nis eſſe uitia qualibet actionibus adſcribenda. Quamuis putem error hic ſatis proculdubiò ſit à multis refutatus, ut noſtris hac in re non opus eſſe uideatur, quoniam tamen multas, & lectu iucundas quæſtiones admiſcuimus, quæ ad refutandos omnia Philoſophorum errores, aditum nobis, uiam q́; pararunt, hunc etiam tractatum cæteris præmittere uoluimus.

DE

Digitized by Google

DE PHILOSOPHIA SEV VIRIBVS
Humanæ mentis tractatus.

PRIMA.
QVÆSTIO.

CVm Philoſophia uiribus humanæ mentis æſtimanda ſit, ut eius nobis conſpicua fiat dignitas, quod à multis oppugnatum eſt, ueritatis ergô cognoſcendæ, pij lectoris iudicio perpendendum committimus, AN EADEM per ſe, que fuit antè lapſum ſit hominis ſubſtantia.

PROPOSITIO PRIMA.

Inter cæteras animæ facultates, duæ ſunt quæ nos in contrariam ſententiam mouere poſſent, intellectus nimirùm, & ipſa uoluntas: Poſſumus enim ex nobiſipſis ne bonum quidem cogitare, multo minus id ut antè lapſum aſſequimur perfectiſsimè. Vix aliquid etiam quod uerum ſit intelligendo compræhendimus.

SECVNDA.

Sed ne credulas error hic mentes adeò leuiter inficiat, omiſsis quæ ſacræ ſcripturæ poſſent authoritate comprobari, Philoſo-

Google

loſophicè uera videlicet methodo mentem, uoluntatem, ipſam deniq; totius hominis ſubſtātiam, ſecundum rei veritatem qualis ſit exponemus.

TERTIA.

Si per ſe læſa ſit animæ ſubſtantia, vel partes amiſit aliquas, vel in aliam tranſmutata eſt naturam, tota vel aliqua ſolùm ſui parte.

QVARTA.

Anima cum ſit incorporea, nec partibus dividatur, nec potuit aliquas amittere partes, nec eis ſolùm immutari, quin tota pariter affiiceretur. Veriſimile preterea non eſt, eius qui totus peccauerat aliquas ſolummodo partes affeciſſe peccatum.

QVINTA.

Vim habuit Adamus quidvis intelligendi perfectiſsimè, non ea ſolùm quæ ſenſibus obijciuntur, ſed ab eis etiam remotiſsima quæq;, cū nos hæc nullo penitus (ut quibuſdam uidetur) modo poſsimus aſſequi. Mentem ne dicemus igitur hac eſſe deſtitutam intelligendi facultate.

SEXTA.

Duplex in rebus eſt conſyderanda potentia, facultas nimirum ipſa quæ ſubſtantiā conſtituit, primusq; nominatur actus, & externa quædam rei conſtitutio, qua

mediante ſuas prior exerit actiones. Illam ſi ſtatuas à mente ſublatam eſſe, quod ipſamet intelligentis ſubſtantia ſit, Adamum magis hominem quam ſimus, fuiſſe conſequetur,

SEPTIMA.

Poſterioris ergo potentiæ reſpectu noſtra definienda eſt imperfectio : Licet enim ſuas intellectus actiones vel nullo modo, vel imperfecté poſsit exerere, non ideo tamen vel ſublata penitus eſt ſubſtantia, vel ex parte , cum poſſet extrinſecus impediri , quo minus ſe proferat interna facultas.

OCTAVA.

Hinc mutos loqui , pueros intelligere poſſe , multosq; dicimus eſſe doctiores, cum nullus tamen vel magis vel minus homo ſit. Si potentiam hiſce tribuamus, quæ nullis ſe demonſtrat actionibus. Cur non idem de cæteris etiam colligere liceat, quæ doctiſsimi quiq; nondum ſunt aſſequuti? Metá ne fuit Ariſtoteles quam non liceat tranſgredi Philoſophando?

NONA.

Non noſtram tamen ideo miſeriam extenuamus: Imò ſi velis nil nos intelligere poſſe concedam: ſed non eo quo truncus modo: Mens enim non eſt quod cum non intel-

intelligat nil intelligere poteſt.

DECIMA.

An non ſuo quidvis fine perficitur? Quæ fuerit ergo mentis noſtræ dignitas, ſi facultas exiſtens quidvis intelligendi, nil tamen (quod aliquibus impediatur) intelligere poſſit? Actiones equidem, ſed non ipſa facultas ſalva rei ſubſtantit, tolli poſſunt.

VNDECIMA.

Quid miſerum quæſo reddit hominem? An non diabolus cum miſerrimus exiſtat, quidvis intelligit? Non ipſa per ſe contemplatio fœlicitas eſt, quod multos invidiâ torqueat, ſed juſtitia perficitur, ut fœlix ſit qui Deum perfectè noverit, eundemq; perfectè laudaverit: Nam ſi non laudet injuſtitiæ fructum ſentiens, iram Dei videlicet, infœliciſſimus erit, ſicq; contemplatio miſeriam potius inferet: Hinc impij nondum verè miſeri ſunt, quod nec ſe, nec Deum noverint.

DVODECIMA.

Sed quid de voluntate dicemus? Adeò nobis eſt ingenitum peccatum, ut per ſe mala mens eſſe videatur. Videtur equidẽ, ſed imperitis, qui rei veritatem nequeunt aſſequi VELLE ſubſtantia voluntatis eſt, ſed malum & bonum ejus accidentia ſunt.

DECIMATERTIA.

Bonum enim Adamus antè lapſum per ſe non voluit, aliàs malum appetere non potuiſſet, multò minus malum noſtræ nunc fuerit ſubſtantia voluntatis, aliàs ne juvante quidem S. Spiritu quicquam quod bonum ſit appræhendere poſſemus.

DECIMAQVARTA.

Præterea cum voluntas libera ſit alicujus electio, ſi bonum velle non poſsimus, neque malum velle dicemur: neceſsitas enim foret aut coactio.

DECIMAQVINTA.

Liberam non eſſe concedimus ut ſine Spiritus auxilio quicquam boni poſsit appræhendere, ſed ea quam prius menti tribuimus ratione: Cùm enim peccato vinculum noſtræ cum Deo conjunctionis diſſolutũ ſit, nulla boni voluptate movemur, quo fit ut per ſe quidem libera ſit voluntas, ſed extrinſecus ad alterutram partem magis protrahatur: Quemadmodum Angelorum qui conſtanter in veritate perſtiterunt, firmam credimus eſſe voluntatem, (liberam tamen, aliàs nolentes ſeu coacti bonum facerent) ne quod malum eſt appræhendant.

DECIMASEXTA.

Hæc ita ſe habere primus Adami ſtatus evin-

evincit, qui talem à Deo nactus eſt ſubſtantiam, ut mente firmus extiterit, ſed voluntate liberrimus? Cùm hæc enim utriusq; partis natura ſit, rationi conſentaneum eſt Deum, quod perfecta ſit laude dignisſimus, ab Adamo liberè laudari voluiſſe.

DECIMA SEPTIMA.

Cum autem libertas ea fuerit, ut in ea perfectione conſiſtere poſſet, firmum liberæ voluntatis oportuit eſſe fundamentum: Nam ſi labi potuiſſet inſcitiâ, mala quoq; neceſſariò fuiſſet volũtatis electio.

DECIMA OCTAVA,

Preterea cum mens ipſamet hominis ſubſtantia fuerit, opus Dei nimirum, ſi potentiam ut in cognitione laberetur habuiſſet, ejus imperfectionis meritò Deus accuſaretur. Voluntatem verò fecerat, quæ pro libero Adami arbitrio regi poſſet: Dicitur enim Deus hominem in manu conſilij ſui reliquiſſe, non intellectus, ſed ipſius reſpectu voluntatis.

DECIMA NONA.

Quod verò de prædeſtinatione dicitur, ſua Deũ prævisione falli non potuiſſe, nequaquam peccato neceſsitatem intulit: Cùm enim factis, vel futuris prævisio licet tempore prior, ratione tamen ſit poſterior, ea non afficit, ut vel facta, vel futura

 dican-

dicantur eſſe neceſſariò.

VIGESIMA.

Actiones itaq; per ſe conſyderandæ ſunt, & animadvertemus nihil ſimpliciter neceſſariò fieri, niſi quod ab æterno factũ eſt: Novit equidem natura neceſsitatem, ſed quam pro libito Deus immutare poſſit: Nulla tamen eſt voluntatis neceſſitas: Nam quæ vel neceſſariò, vel coacti facimus, vel non impellente fiunt voluntate, vel præter voluntatem.

VIGESIMAPRIMA.

Quæ Deus prævidit certò quidem fieri novimus, contingenter tamen nihilominus aut liberè. Quæ verò prædeſtinavit, ejus quidem reſpectu liberè, ſed noſtri præter voluntatem fiunt etiam neceſſariò: Cũ itaq; peccata voluntate fiant mediante (facit enim virtutem, vitiumq; voluntas) liberè fiunt, ut eis prædeſtinatio non ſit adſcribenda.

VIGESIMASECVNDA.

Paulum Deus ad ſalutem, (ut res exẽplo demonſtretur) non Iudam ad mortẽ prædeſtinaverat, quod principium hic ejus in ſeipſo, ſed extra ſe Paulus habuerit: Deus enim Paulo Chriſtum ex inſcitia nolenti tradidit, & reluctantem protraxit, ut eum amplecteretur, quem prius perſequebatur:

tur:Iudas autē perfidiam ex ſuaipſius hauſit corruptione, quam volens etiam eſt exequutus.

VIGESIMATERTIA.

Cum itaq; ſic Deus Adamum creaverit, ut ſubſtantiā quidem neceſsitatem, ſed accidentibus habuerit libertatem, nec videatur ſeipſum corrumpere potuiſſe, quod nil in ſeipſum agat, ea ſolū peccato credimus eſſe mutata, quibus ipſam Deus definiverat libertatem quæ prius bonum, malumq; vocavimus.

VIGESIMAQVARTA.

Porrò ne veri, falſiq; contrarietas quēquam moveat, ut quemadmodum bonū, malumq; voluntatis, hæc intellectus accidentia fuiſſe judicet, diverſa eorum ratio debet obſervari, neutrum videlicet vel bonum, vel malum voluntati fuiſſe congenitum, ut ejus ſubſtantia dici poſſet, cū intellectus tamen perfecta cognoſcendorum veritate definiretur.

VIGESIMAQVINTA.

Eadem ergo veritas non libera voluntatis electio, nunc etiā ſupereſſe ſtatuenda eſt:Non enim facultate mens definiri poteſt, ut falſum aſſequatur, ſed oritur hoc ex impedita veritatis facultate, cum voluntas tamen non minus ad malum quam bonū

prona fuerit : Adamus ſiquidem perfectus exiſtens malum potuerit appræhendere.

VIGESIMASEXTA.

Hæc ſacræ ſcripturæ conſona ſunt : Non enim noſtra minuimus imperfectionem, Sanctoq; nihil Spiritui detrahimus, cum nos ex nobiſipſis ſalutem nequaquam conſequi poſſimus, niſi mens ejus auxilio ſuis liberetur tenebris, ut ſalutis viam agnoſcat, veràq; fide certo ſe Deo palcere poſſe noverit, ut liberè quod bonum eſt appræhendat.

VIGESIMASEPTIMA.

Falluntur enim Theologi nihil homini tribuētes, ac ſi ſubjectū merè paſsivū eſſet, quidvis efficiente Spiritu: Ea ſiquidē ratione nō credere diceremur, ſed Spiritus in nobis, Deusq; ſeipſum in nobis agnoſceret, ſi nō efficiens fidei cauſa mēs noſtra foret.

VIGESIMAOCTAVA.

Mentem ergo per ſe ſtatuimus illæſam eſſe, quidvis ut poſsit, ſi non impediretur extrinſecus, intelligere? Ipſumq; VELLE pariter ut antè lapſum fuit, in ſe liberum eſſe dicimus, at ita ut impedita mentis actione, depravata verò voluntatis electione, non niſi malum appræhendere, falſumq; poſsimus aſſequi.

VIGE-

VIGESIMANONA.

Nam ſi ſubſtantiam perſe malũ eſſe concedamus,cum certo ſperemus quod amiſſum eſt poſt hanc vitam nos eſſe conſequuturos,alia nobis animæ ſubſtantia creanda foret, ut converſo in bonum malo Deum contẽplari poſsimus, & laudare perfectiſſimè,quod abſurdum fuerit:Non enim qui peccarunt,redemptiq; ſunt, ijdem æterna fruerentur fœlicate.

TRIGESIMA.

Ipſa deniq; mali natura convincit ipſũ per ſe ſubſiſtere non poſſe, quin ſubſtantijs inhæreat: Cùm enim abſolutè tale ſit quicquid per ſe ſubſiſtit ; ſimpliciter malum quid eſſe convenit, ut ſubſtantia dicatur. Nil autem ſimpliciter malum eſſe prima docetur omnium quæ ſunt cauſâ, bonæ ſiquidem cauſæ ſimpliciter malus effectus eſſe nequeat. Conſequeretut ergo ſi malum per ſe ſubſiſtere poſſet , primum aliquod eſſe mali principium , quod primæ bonorum cauſæ correſponderet, Sed hoc infrà refutabitur.

TRIGESIMAPRIMA.

Cæterùm omiſſa voluntate , quod ea Philoſophiam non definiamus, mentum quid ſit intueamur. Hanc Ariſtoteles tabulæ raſæ comparavit , quod inſcientes

naſcamur, hacq; ratione patientem vocavit intellectum. Quoniam tamen inter potentias, ea quæ paſsionis eſt nomen rei non impertit, vim etiam menti contribuit, qua duſcurrendo notiones appræhendere poſsit, tandemq; ſcientias extruere: Mentem ob id agentem nominavit.

TRIGESIMA SECVNDA.

Non ergo mens ei fuit intelligendi facultas, quod intelligere nil prius poſsit, quam id extrinſecus hauſerit: Hinc nil in intellectū ſtatuit eſſe, quin prius in ſenſu fuerit. Sed Plato ſcientias omnes menti congenitas eſſe ducebat, quas ipſa tamen corpore ſepulta non poſſet in lucem proferre, quin exercitio, certaq; methodo ſuis quodāmodo tergeretur ſordibus: Hinc noſtrum ſcire judicabat eſſe REMINISCI.

TRIGESIMA TERTIA.

Conciliari fortè poſsit utriusq; ſententia, ſi dicamus Ariſtotelē humanam deſcripſiſſe mentem, non qua per ſe conſyderatur, ſed qua ſe prodit ratione, Cū Plato tamen internam ejus facultatē, experientiæ non acquieſcens, animadverterit.

TRIGESIMA QVARTA.

Habituum natura movit Ariſtotelem, ut patientem excogitarit intellectum: Iis enim mens facilius quidvis aſſequitur:

Cum

Cum tamen ipſam ſimplicißimũ quid exiſtere noſſet, miror quod diverſos ei motus adſcripſerit, atq; ſi non agere ſimpliciter, ſed habitus in ſe ſuſcipere diceretur.

TRIGESIMA QVINTA.

Habitus equidem admittimus, ſed eam negamus ipſorum eſſe rationem, ut mens ijs ſimpliciorem, vel perfectiorem nanciſcatur intelligendi facultatẽ. Duplex enim conſpicitur in humana mente potentia, ſimplex, & interna facultas, & ea quæ corporis contagio contrariam parit impotentiam.

TRIGESIMA SEXTA.

Si poſteriore mentem definias, ipſam fieri conſequetur, dum vel exercitio, vel præceptoribus edocemus, & eos qui vel naturæ lapſu, vel morbo nihil intelligere poſsunt, mente deſtitutus eſſe.

TRIGESIMA SEPTIMA.

Duplicem menti tribuit Ariſtoteles intellectum, non quod eam (ut exiſtimo) partibus dividuam eſſe vellet: niſi tamen alteruter ei per accidens adſcribatur, abſurdum effugere non poterimus, mentem videlicet ſuijpſius corruptione perfici: Cùm enim patiens agente perficiatur, ſi patiens omnia fuerit aſſequutus, agens ſupereſſe non poterit: Sin id nunquam futurum eſſe

reſpon-

reſpondeas, tantum tamen agentis vires diminui fateberis, quantum patiens augebitur.

TRIGESIMA OCTAVA.

Potentia quam naturalem vocant, aptitudo quædam corporis eſt, quæ non juvat quidem internam mentis vim, ſed minus impedit, quam ejus contraria conſtitutio. Idem fuerit de acquiſita promptitudine ſtatuendum: Mens enim per ſe nec magis nec minus intelligit, & impediri quidem corpore poteſt, non autem promoveri.

TRIGESIMA NONA.

Duplicem quoq; ſecundum has intelligendi facultates rationem Philoſophia ſortitur: Nam ſi mentem in ſeipſa conſyderes, Philoſophia ſimplex eſt omnium ſcientia, quæ Deus hominem ad ſui contemplationem, laudemq; perfectiſsmam, ſcire voluit: Sin facultatem impeditam intuearis, habitus eſt ipſa cui ſemper aliquid adijci poſsit.

QVDRAGESIMA.

Licet autem hac ratione conſyderata mens labi poſsit, nil tamē Philoſophicum eſſe dicimus, quin verum ſit, augeri ſiquidem, non mentiri ſcientia poſsit: Non eſt igitur ut authoritate Philoſophiam metiamur, & Ariſtotelis ei tribuamus errores,

cum

cum ratione lapſus ſit, & mihi nequaquã videatur eſſe Philoſophatus.

QVADRAGESIMAPRIMA.

Nec eſt ut perfecte Philoſophiæ mentionem fieri, non debere quis exiſtimet: Quamvis enim dum vivimus extremum ſciendi apicem nunquam poſsimus aſſequi: Cùm tamen peccato mens perſe læſa non ſit: ſimplicem ejus vim ſupereſſe ducimus, quæ cum impediatur ſolummodo, diligenter innitendum eſſe ſuademus, ut diſcuſſo corporis pondere, quantum fieri poteſt ipſum aſſequamur.

QVADRAGESIMASECVNDA.

Porrò cum mens voluntatis ſit ſubjectum: Vt antè lapſum perfecta Dei contẽplatio fœlicitatis erat, ſic noſtram nunc Philoſophiam, fidei, laudisq; Dei qualiſcunq; fundamentum eſſe ſtatuimus.

QVADRAGESIMATERTIA.

Eadem enim mente credimus & intelligimus. Licet autem ſæpe non intellecta credamus, ut cum ſimplici fide Chriſtum appræhendimus, fieri tamen non poteſt, quin ut credamus aliqua ratione moveamur: Peccatum ſe noſtris ſenſibus offert, Deum novimus eſſe juſtum.

QVADRAGESIMAQVARTA.

Vt autem res elucescat apertius, diſcrimen

men inter Philoſophiam, & Theologiam eſt inquirendum: Non enim libris (ut doctorum vulgus exiſtimat) hæ ſcientiæ diſtinguendæ ſunt, ac ſi Theologica forent quæcunque ſacris continentur,&Philoſophica quæ Philoſophi conſcripſerunt.

QVADRAGESIMA QVINTA.

Nã quæ ſacra pagina compræhenduntur,vel Divinam majeſtatem,vel abſtruſam ejus oſtendunt voluntatem. Hæc non niſi revelatione cognoſci poſſunt: Illa verò menti conceſſa ſunt, ut eorum contemplatione Deum ipſa laudare poſſet perfectiſsimè.

QVADRAGESIMA SEXTA.

Hiſce Theologiã à Philoſophia diſtinguimus,ut illa revelatione,ſed hæc innata menti facultate nitatur. Cùm itaq; abſtruſa Dei voluntas, ipſa fundetur ejuſdem majeſtate: Cur reuelatam gratiam noſtra ſuſtineri mente negaverimus.

QVADRGESIMA SEPTIMA.

Hæc ipſa Deo volẽte demonſtrabimus, ut facilè quivis ea quibus fides fundatur, ratione poſsit aſſequi. Hoc ergo poſito, falſũ eſſe quicquid Theologiæ repugnat, Philoſophorum errores examinabimus, ut rationum vitia depræhendantur, poſt demonſtrationes extruemus, ut verita-

tem

tem Philoſophiæ reſtituamus, ſicq; dignitatem ejus tuebimur Philoſophicè.

QVADRAGESIMAOCTAVA.

At quoniam dato uno abſurdo conſequuntur infinita, principia primũ examinanda ſunt, ut expurgata ſcaturigine, pura tandem emergat veritas. Cùm præſertim ſuos Ariſtoteles indè collegerit errores, nihil ſine materia fieri poſſe judicans.

QVADRAGESIMANONA.

Cũ ſtatuerent Phyſici compoſitum eſſe neceſſariò, quicquid corrũpitut, elementis acquieſcere noluerunt, ſed priora principia, quibus hæc eis conſtare videbantur excogitarunt.

QVINQVAGESIMA.

Probè tamen quid Philoſopharentur nõ intellexerunt: Non enim compoſita corrumpi, ſed reſolvi dicuntur, quod cum elementis non competat, ſimplicia ſunt omnino.

QVINQVAGESIMAPRIMA.

Elementa dum mutantur intuearis, ita corrumpuntur ut nulla ſimplicium reſolutio conſpiciatur: Vt enim compoſitione unum quid efficitur, ſic ejuſdem diſſolutione ſimpliciores exiſtunt partes, quæ junctæ totum efficiebant. Aërem dum mutatur in aquam corrumpi videmus, hoc ipſum

tamen

tamen reſolutionem nequaquam vocaveris, quod nec unum componere poſsit, nec aëris aqua ſit principium, ut in eam reſolvi dicatur.

QVINQVAGESIMASECVNDA.

Corruptionis autem & reſolutionis diſcrimen, in mixtione facilè poterit animadverti: Nam præter ſimplicium conjunctionem, ſimplex quædam oritur forma, quæ non componitur quidem, ſed generatur, ut ſi mutetur corrumpi non reſolvi dicenda ſit.

QVINQVAGEIMA TERTIA.

Quod verò compoſitã eſſe negemus, quæ ſit ex multorũ mixtione, formam, movet Metaphyſicorum axioma VNVM & ESSE converti. Totum tamen compoſitum eſſe conceſſero, quatuor ſiquidem elementa dum mutuis immutantur actionibus formam generent, cui ceu materia ſubſunt.

QVINQVAGESIMAQVARTA.

Formam itaque, dum compoſitum in ſua reſolviter principia, corrumpi dicimus, & interire, cum præter elementa nihil conſpiciatur: Non ergo compoſitionẽ corruptio, ſed reſolutio denotat.

QVINQVAGESIMAQVINTA.

Sed hoc alia ratione clarum faciemus:

An

An non res compoſita ſuorum naturam principiorum ſequitur ? Cùm poſsit ipſa corrumpi, cur incorruptibilia dixeris ejus eſſe principia? Quod præter principia rem facit ut corrumpi poſsit?

QVINQVAGESIMA SEXTA.

An eſt aliquid in compoſito præter materiam, formam, & privationem quod corrumpatur? Formam ſanè ſolam corrumpi videtur, quod nec privatio, nec materia, quicquam ſint exiſtens ; ut corruptione minus exiſtere dicantur.

QVINQVAGESIMA SEPTIMA.

Formam quæ corrumpitur ſimplicem eſſe negaveris : Ecquid eam ergo componit? Privatione? Principia novimus ex ſeinvicem non fieri : Præterea quicquid ipſa præter negationem eſt (quæ nil componit) habet à forma. Num materia? Cum præter ſubjecti notionem quid ipſa ſit neſcitur, ſubjectorũ ſanè proprietatem non tranſcendet, quæ ſuſtinere quod ineſt, non componere dicuntur.

QVINQVAGESIMA OCTAVA.

Sed formam per ſe conſyderatam niſi materiæ conjungatur, potentiam habere negaveris ut corrumpatur. Audio : Vim igitur ei corruptibilis ut ſit attribuit? Sed qui fit ſi prius in ſeipſa potentiam forma non habuerit ut corrumperetur, quod à

materia patiatur? Nihil patitur naturaliter, quin adſit id idoneum.

QVINQVAGESIMANONA.

Res ut ſunt duplices, ſic duplicia ſunt earum principia. Singulares enim ſunt, aut univerſales. Quæ Phyſicis extra intellectum conſiſtunt, omnia corrumpuntur, ut eorum quoque principia talia ſint neceſſariò. Sed quæ mente percipiuntur ut æterna ſunt, & aliter ſe habere nequeunt, ſic eorum principia ſemper exiſtunt.

SEXAGESIMA.

Prima rerũ naturalium principia quod univerſales ſint mentis notiones, nihil revera ſubſiſtens conſtituere poſſunt, quod ipſemet Ariſtoteles Platonicas refutans idæas egregiè convincit. Secunda res igitur conſtituunt, quæ ſucceſsione concedam eſſe perpetua, ſed ea ratione quidvis æternum fuerit.

SEXAGESIMA PRIMA.

Fortè tamen ſecunda primis conſtitui cenſeas, ut licet ſeparata nunquam conſiſtant, ratione tamen diſtingui poſsint, ipſaq; terræ, vel aëris corruptione demonſtrari, dum videlicet forma corrumpitur, ipſumq; ſubjectum manet incorruptum. Præter cætera quibus reſponderi poſſet, ani-

Digitized by Google

animadverte ſolum, an ſingularia ſint prima principia, rem ut conſtituant ſingularem, quod ſi conceſſeris, & ipſa conſequetur eſſe corruptibilia.

SEXAGESIMA SECVNDA.

Primis Phyſici principijs aliquot adſcripſerunt proprietates, quibus ipſa concluſerunt eſſe contraria, quod nequaquam fuerit admittendum: Simplicia ſiquidem contraria, ſeu graduũ, ut dialectici vocant excellentium (qualia ſunt quæ prima nominantur) non poſsint in eodem ſimul conſiſtere, quò fit ut nec unum quid conſtituant, niſi fortè quod abeſt, id ipſum poſſit efficere.

SEXAGESIMA TERTIA.

Præterea cum genere, ſuisq; contraria conſtent differentijs, ut eorum definitione patet, ſimplicia non ſunt, nec ideo prima dici princípa debẽt. Deín ſi contraria cuilibet principia tribuerentur, cum vires habeant contrarias, generatio & corruptio ſine alterius contactu fieri poſſent, uno videlicet ad id ſufficiente.

SEXAGESIMA QVARTA.

Hinc etiam pulchrè contraria unius rei principia demonſtrantur, quod duas ipſa conſtituãt ſpecies: Poſita ſiquidem ſub eodem genere plurimum diſtent à ſeinvicẽ, ut ſi res una contrarijs conſtet, ſpecies

ipſã duæ compræhendantur.

SEXAGESIMA QVINTA.

Sed-age contrarietatem admittamus. An eſt formæ contraria privatio? Tertiam hæc non primã conſtituunt oppoſitionis ſpeciem, quod ipſamet unius voce demonſtratur.

SEXAGESIMA SEXTA.

Phyſicis tamen aliter ac dialecticis intelligitur privatio: Nam præter ejus quod res habuerit negationem, potentiam ipſa ſimul habet, negatum ut conſequi poſsit aliquando.

SEXAGESIMA SEPTIMA.

Hæc eſt nimirum primorum quam quærimus Ariſtotelis principiorum compoſitio: Nam ſi privationi duo tribuas, potentiam videlicet cũ negatione, ſimplex eſſe non poterit, potentia ſiquidem diverſum quid ſit à negatione, quod & infrà demonſtrabitur.

SEXAGESIMA OCTAVA.

Admittamus, ſimplex ſit cum potentia privatio: Non tamen hæc duo ſufficiunt contrarietatem ut deſcribant, contraria namq; præterquam quod ſub eodem genere poſita plurimum à ſe invicẽ diſtant, mutuis ſe poſſunt actionibus afficere: Cum privatio tamen ſi tempus præſens intuearis, nil præter negationem ſit, ſin futurum,

promp-

promptitudo quædam, qua res habilis eſt, ut patiatur, ſed contraria præter paſsionẽ vim habent agendi.

SEXAGESIMANONA.

Privationem formæ concedamus eſſe contrariam non tamen quævis privatio cuivis eſt formæ contraria, quemadmodũ gallinæ privatio non eſt ovi formæ contraria. Licet ergo forma conſtet quidvis atq; privatione, non eſt tamen hæc illi formæ cui conjungitur contraria, ſed abſenti.

SEPTVAGESIMA.

At contrarietatem eſſe dices admittendam neceſſariò, quod omnis à contrarijs mutatio fiat, ut contraria quæ corrumpi poſſunt eſſe conſequatur. Corruptionis equidem duo ſunt contraria principia, ſed ex eis unum ſufficiens eſt, ut rem efficiat corruptibilem, cum duo ſe contingere debeant, ut corrumpatur aliquid naturaliter.

SEPTVAGESIMAPRIMA.

Idem verò quod agit pati quoq; naturaliter obijcies: Non eſt inquam actioni contraria paſsio, velut aliquot axiomatis agnoſces. Præterea quamvis hæc eſſe contraria concederemus, eadem tibi tamen ratione ſatis fieret, qua modo non quamlibet privationem cuilibet formæ contrariam

rīam eſſe diximus , Calefieri ſiquidem & calefacere (ſi ſit admittenda contrarietas) non refrigerare contraria ſint.

SEPTVAGESIMA SECVNDA.

Principia ſigillatũ examinemus. Quæcunque finita ſunt, multò magis quæ corrumpuntur , ita ſunt ut plurima non exiſtant , illud affirmatione , ſed hoc negatione tibi fuerit exprimendum : Affirmationem forma refert : Quid materia? Quid privatio?

SEPTVAGESIMA TERTIA.

Cum ſemel exiſtat quicquid eſt,nilq; bis ulli negari poſsit, una rei tribuenda eſt affirmatio, quod de negatione fuerit etiam ſtatuendum, ut hinc Phyſicorum conſpiciatur imprudentia;qui duas materiam , & privationem, unius rei negationes excogitarunt.

SEPTVAGESIMA QVARTA.

Materiam examines: Quid præter negationem fuerit?Licet enim primum eam ſubjectum vocaveris, tale quid hoc tamen eſt,ut nec forma,nec formatum quicquam ſit, quod una voce negationem dicere liceat.Quid privatio?

SEPTVAGESIMA QVINTA.

Admittamus age duas unius rei negationes. Quomodo different à ſe invicem? Formam una ſuſtinet , alia reddit ipſam

ut corrumpi poſsit idoneam. Sed undè hæc eis differentia? Formæ debet accepta referri, cum per ſe nil ſint negationes, quò fit ut nec per ſe differant à ſeinvicem.

SEPTVAGESIMA SEXTA.

Cum itaque formæ pariter iſtæ conjungantur negationes, cur ipſam materia ſuſtinere dicitur, & patibilem reddere privatio? Si per ſe nil eſt utrumque, cur eis hæ tribuũntur actiones, quæ ab actu ſolum producuntur?

SEPTVAGESIMA SEPTIMA.

An non formam reddit materia patibilem? Hanc exiſtimo Phyſicorum ſententiã eſſe. Quid ergo priuatio præſtat? Forma quidem ob materiam patitur, ſed à certo ſolum corrumpitur cauſâ priuationis. At hoc ſecundæ materiæ debet adſcribi: Nam cum certæ formæ iuncta ſit, certo quoque patibilem facit.

SEPTVAGESIMA OCTAVA.

Contendat cũ materia privatio: Rixas dirimemus hanc neutri potentiã attribuentes: Cùm enim cauſa ſuo non ſit effectu deterior, negationi ceu cauſæ, potentia quiddam exiſtens, non poteſt adſcribi.

SEPTVAGESIMA NONA.

Sed formam per ſe quid ſit intueamur, an ei privatione ſit opus, vel materia. Subſtantiam benè Dialectici definierũt, quod

 per

per ſe ſubſiſtat : Accidens enim eſt, quicquid in alio ſuam habet eſſentiam. Itaque per ſe formam ſubſiſtere ſi ſubſtantia ſit, eſt neceſſarium

OCTVAGESIMA.

Perfectas dicet aliquis dialectici definierunt ſubſtantias, Phyſici verò progreſsi ſunt ulterius, earum indagantes principa, quorum alterum ſubſtantiam talem eſſe depræhenderunt, quæ ſine materia conſiſtere nequeat. Miror quam cautè ſcilicet ſua tueantur Phyſici principia: Quaſi verò perfectum non ſit quod finem ſuum eſt aſſequutum. Imperfectæ ſolum ſubſtantiæ ſunt cum generantur; per ſe tamen tum etiam ſubſiſtunt.

OCTVAGESIMAPRIMA.

Formam conſpicias, an non ipſa ſuam habet eſſentiam? Aut materiæ quicquid eſt acceptum refert? Si materia faciat ut ipſa ſubſiſtere poſsit, ipſiuſmet erit ſubſtantia neceſſariò, ſicq; duas habebit forma ſubſtantias, unam per ſe qua forma dicitur, alteram à materia, qua naturalis exiſtit.

OCTVAGESIMASECVNDA.

Miror autem cum per ſe materia nihil exiſtat, quod alteri ſubſtantiam tribuere poſſit. Materiam ſtatuunt Phyſici à forma ſubſiſtere, ſed hanc in illa conſiſtere neceſſariò, quod ſi verum ſit, effectum cau-

ſæ

ſæ ſuæ cauſã eſſe poſſe conſequetur, Cauſa ſiquidem ſit alicujus, quod ei ſubſtantiam tradit.

OCTVAGESIMATERTIA:

At contraria per ſe ſubſiſtere nequeunt, ut cum talis forma ſit, in alio conſiſtere debeat, Formam ſanè niſi totius nomine ſumatur, ulli contrariam eſſe negavero: Cùm enim contraria ſint (ut ſuprà dictum eſt) quæ ſe mutuis afficiunt actionibus, unum ad hoc principium ſufficere nequit, ejus ideò cauſâ Phyſici materiam naturalibus, & privationem addiderunt.

OCTVAGESIMAQVARTA.

Totum verò non ejus ſolùm partem, ontrarium eſſe convincitur eo, quod cũ x contrario quidvis fiat, non accidentia nodo, ſed ipſamet ex ſeinvicem fiant ſubantiæ, cumq; totum corrumpatur, totum uoq; contrarium eſt neceſſariò.

OCTVAGESIMAQVINTA.

Non eſt igitur ut tam pueriliter rerum enerationes intelligantur, ac ſi velut hoſes alio cedit adveniente, ſic ſubjecto ſe rmæ mutuum expellerent, totæ ſiquim (non aliqua rerum pars ſolummodo) rrumpantur, cumq; per ſe quæ mutanr ſubſiſtant, ſine ſubjecto poſſunt etiam rrumpi.

OCTVAGESIMASEXTA.

Materia quid ſit ulterius eſt inquirendum. Dicitur à Phyſicis primum eſſe ſubjectum, &c. Quærimus ergo res ne qua non, aut qua minus exiſtunt ratione ſubjiciantur. Si quis illa reſponderit, primum ſubjectum conſequetur eſſe NIHIL, ſin hac prima ſubjecta formæ dicentur, quæ minimè ſunt. Si non itaque primum ſubjectum concedas eſſe nihil, elementa compoſitorum ſubjecta prima eſſe concludemus.

OCTVAGESIMASEPTIMA.

Verum omiſſa longiori cõfutatione, noſtram quæ ſit ſententiam breviter exponemus. Duplicem infrà docebimus eſſe rerũ corruptionem, prout duo ſunt rerum principia Deus, & natura: Contrarijs procedũt mutationes naturaliter. Prima uerò cauſa, quod potentiam habeat in omnia, nullam excipit contrarietatem.

OCTVAGESIMAOCTAVA.

Cùm autem effectus unius cauſæ ſint omnia (quod infrà demonſtrabimus) finitum eſt quicquid præter Deũ exiſtit. Quoniam verò quod in rebus eſt affirmatione, ſed negatione quod non eſt expreſsimus, duo finitorum hæc ſunt principia: ſimplex ſiquidem affirmatio, vel negatio ſit infinita, ut hæc NIHIL, illa verò DEVS debeat appellari.

OC-

THESES,

OCTVAGESIMANONA.

Finitorum alia vivunt aliæ vitæ ſunt expertia, moventur hæc motu vel circulari, vel ſecundum rectam lineam. Ea ſolum aſſumemus quæ vel ſurſum, vel deorſum feruntur naturaliter, cùm mutabilium principia nobis inquirenda ſint.

NONAGESIMA.

Sit ne circulari motui contrarietas adcribenda non inquiremus, quod (etſi fieri)oteſt) ea quæ circulariter moventur conraria nullis eſſe noverimus. Quæ moven- ır igitur ſecundùm rectam lineam, ſola icenda ſunt naturalia : Natura ſiquidem ·incipium ſit, & cauſa motus atque quies, &c.

NONAGESIMAPRIMA.

Cœleſtia verò non eſt ut quis potentiam bere ſtatuat, qua quieſcere poſsint : Cũ im motu perficiantur, talem nacta ſunt rima cauſa ſubſtantiam, finem ut aſſe- i poſsint, non contrariam ut impedian- r. Inferiora non motu ſolùm, ſed & quie- perficiuntur.

NONAGESIMASECVNDA.

Motus aſtrorum eandem mihi videtur bere rationem, quam habent quæ ſecũ- m rectam lineam moventur : Ecquid im cogit ut ſphæras moveri ſtatuamus, in eis aſtra ſibi congenita virtute mo-

veri

veri poſsint? Quod verò de quietis potentia dicitur à Phyſicis, aſtra concederemus eádem qua moventur vi, quieſcere poſſe, ſi vel ſoliditatem, vel glutinoſam haberent ſubſtantiam, qua poſſunt extrinſecus impediri. Sed hanc (etſi concederetur) à cœleſtibus cohiberi mentibus eſt abſurdiſsimum.

NONAGESIMA TERTIA.

Porrò mirari convenit aſtronomos quod aſtris contrarior adſcripſerint motus, cum unus ſolummodo ſit, certa diſtinctus apendice, velut apertè demonſtramus. Cùm noſſent etiam ſimplicis corporis unicum ſecundùm naturã eſſe motum primo mobili tribuerunt alterum. Perpendas eff[illegible]ium. Quaſi verò quod per ſe poteſt D[illegible]us id voluerit violenter movèri.

NONAGESIMA QVARTA.

Cum una ſit veritatis nota conſenſus, ſcientias conſpicitur peſsimè conſtructas eſſe. Differunt à Phyſicis aſtronomi, Phyſicos arguunt erroris Metaphyſici: Nec Dialectici, nec Medici cum Phyſicis conſiſtere poſſunt. Subalternas decuit eſſe, ſuperiores ut approbarent, quæ conſtituta forent ab inferioribus, ſicq; ſimplicem (DEVM) veritatem ſine controverſia demonſtrarent,

NONA-

NONAGESIMA QVINTA.

Si quis autem quæ judicemus eſſe naturalium principia quærat, unum NATVRAM eſſe dicemus. Vnius enim actiones, & cætera quæcunque ſunt accidentia, uni poſſunt attribui principio: Sin tria velis habere, tres etiam habeto naturas. Quoniam verò nil quod finitum eſt, verè implex eſſe prius oſtendimus: naturalia ›ræ cæteris minimè talia cōcedimus eſſe.

NONAGESIMA SEXTA.

Præter affirmationem ergo negationē ; privationem admittimus, ſed ita ut uni ›rmæ debeant attribui. Formam enim aturalem tale quid eſſe dicimus ut pluria non ſit, (qua negatione potens eſt ut Deo corrumpatur.) Ratione verò quæ ıturalis eſt, talis eſſe ſubſtantia colligir, quæ facultatem habeat alicui formæ ›ntrariam, quod principium recepta ›ce Privationem vocamus, Illius ergo ſpectu quod finita ſit in nihilum reduci ›teſt: Hujus uerò contrarijs eſt obnoxia ıtationibus.

NONAGESIMA SEPTIMA.

Porrò ne diutius in hiſce moremur, ad n cujus hæc nomine præmiſſa ſunt acdemus, & omnium primo manifeſtiſſi›s Ariſtotelis errores de mundo diſcumus, quod ijs occaſionem dederit Theologis,

ologis, ut Philoſophiam revelatæ veritati repugnare iudicarent.

NONAGESIMA OCTAVA.

Etſi verò primam Philoſophi cauſam animadverterunt, quoniam tamen (ut e docebimus) eam verè quid ſit non intellexerunt, aliter à nobis inveſtiganda fuerit. Quæcunque ſunt cauſarum & effectuum nomine conſyderari poſſunt. Hic autem cauſarum ordo vel ſubalternus eſt, vel extenditur ad latera: Neutro tamen modo infinitus eſſe poteſt.

NONAGESIMA NONA.

Nam ſi non ſubalternus primam, ultimasque cauſas haberet, infinitum foret inter eas intervallum, cumque ſit effectu cauſa definitio, ſuperiora cõſequeretur inferioribus infinitè magis exiſtere. Nihilominus tamen quod alijs etiã ſubijcerentur: (cauſa foret enim quidvis ut & effectus) hæc ipſa minus aliquibus exiſterent. Eadem fuerit etiam effectuum ratio.

CENTESIMA.

Præterea cum ſubalternæ ſint cauſæ per media progreſſum fieri cõvenit à ſuperioribus ad inferiora: Quoniam verò prius & poſterius illa demõſtrat progreſsio, cauſas alijs priores, alias verò tempore conſequitur eſſe poſteriores, quo poſito finitas eſſe concludimus, vel nondum infinitas.

CEN-

CENTESIMA PRIMA.

Denique cum videamus aliquos effectus infimos eſſe, quorum nulli ſint præterea, cauſam convincitur aliquam eſſe, quæ nullius etiam ſit effectus: Finem enim habere nequit quod principio caret.

CENTESIMA SECVNDA.

Etſi verò cauſarum quæ ſe prioris, atque poſterioris ratione invicem ſubſequuntur, numerus eſt finitus: Poſſet tamen infinitus ad latera conſtitui, quomodo nonnulli finitum quidem magnitudine mundum eſſe ſtatuerunt, ſed infinitos nihilominus excogitarunt.

CENTESIMA TERTIA.

Nec id conſtare poteſt: Nam (ut ſecundas emittamus cauſas, quod id ſuo ſimus co refutaturi) una ſolum prima poteſt ſe cauſa, cum talis ipſa ſit ut infinitè ſubtat, nullo ſiquidem definiri poſſit, quod cui ſubſit agnoſcat. Vnicum uerò ſtatui teſt infinitum.

CENTESIMA QVARTA.

Poſitis enim pluribus, (quod infinita pliciter exiſtāt) ipſa vel penitùs differ-, vel prorſus idem eſſe conſequetur. Si fferāt unum Omnia, ſed alterum NIHIL erit: Hoc enim ſimplex eſt negatio, ſimx illud affirmatio. Numero tamen differre poſſent, etſi nullum ſubſtantijs diſcrimen

crimen oſtendunt.

CENTESIMA QVINTA.

Numero differunt quæ ſubſtantias (licet eaſdem) à ſe invicem ſeparatas habent, quod cum infinitis competere non poſsit, numerus ipſis etiam non eſt adſcribendus. Præterea voluntate quoque differunt quæ duas habent ſubſtantias: Hæc enim neceſſitatem non referens eſt liberrima.

CENTESIMA SEXTA.

Cùm prima cauſa nulli ſubijciatur, nullo quoq; poteſt impediri, quô fit ut omnipotens exiſtat: Sed fieri non poteſt, ut omnia quid poſsit, & parem aliud habeat potentiam: Vnum enim ſi quid efficere poſſet, idipſũ poſſet aliud impedire, ſicq; potentiâ definiretur utriusq;.

CENTESIMA SEPTIMA.

Deniq; cum prima cauſa ſic exiſtat, ut ei nil ſit denegatum: (Definitam hoc enim ſequitur ſubſtantiam) Omnia dici poteſt: Quoniam verò nil bis exiſtere poteſt, unicum eſſe credimus, cui vox ea competere poſsit.

CENTESIMA OCTAVA.

Aliquid ergo conſtituendum eſt, quod primum exiſtens, aliorum quidem cauſa, ſed nullius ſit effectus, cumq; ſubſiſtat infinitè, nil quicquam agnoſcat, quod parem poſsit habere majeſtatem. Hoc animadver-

:entes Ethnici, Deum unum eſſe cre-
:runt,eum tamẽ ſua ſpoliarunt gloria,
ctis ejus effectibus æternitatẽ adſcri-
tes,quod à nobis modò refutabitur, ſi
aram prius examinaverimus, an pri-
cauſa dici poſsit.

CENTESIMANONA.

Etſi naturam qui verè philoſophati ſunt
mam eſſe cauſam non expreſſerunt:
ioniam tamen hoc ex eorum demun-
ſententia poteſt elici, paucis id argu-
entis refutabimus.Infinitam demonſtra-
nus eſſe primam cauſam, cum itaque
ita ſit natura,quod extra cœlum non ex-
ndatur,inter ſecundas numerari debet.
œlum autem motus aſtrorum egregiè fi-
tum eſſe demonſtrat.

CENTESIMADECIMA.

Duplicem in mundo novimus eſſe na-
ıram, corruptibilium quæ prima cauſa
ici nequit quod corrumpatur,& cœleſtiũ
uam poſſent aliqui primam nominare,
iſi corruptibilium cauſa foret, cum pri-
na tamen omnium cauſa nullius nomine
ubſiſtat.

CENTESIMAVNDECIMA.

Naturam denique ſeipſam efficere non
poſſe, (quod primæ cauſæ fuerit adſcribẽ-
dũ,)cunctis ejus apertè convincitur actio-
nibus: Cum ijs enim non ſubſiſtat,ſubſtan-

tiam ut effectus conſequuntur. Ad hæc ex aliquo fiunt omnia naturaliter quod prius extiterit.

CENTESIMA DVODECIMA.

Species ergo demonſtrabimus aliquando cœpiſſe. Cum videamur omnia quæ mundo continentur alicujus eſſe causâ, nilq; quod alterius nomine ſubſiſtit ab æterno fuiſſe finis præmeditatio doceat, rerũ ſpecies aliquando cœpiſſe conſequitur.

CENTESIMA DECIMA TERTIA.

Individua non obijcemus omnia corrumpi, quod ſucceſsione (licet malè) ſpecies dicantur æternas efficere: Quæremus modo ſemper ne fueris eadem procreationis ratio, quod ſi conceſſeris non eſt ut præter naturam aliud quicquam exquiras, quod ſpecierum cauſa ſit, ſicq; primam rejeceris cujus omnia tamen effectus ſunt. Sin alium fuiſſe dixeris, ab æterno fuiſſe negavero, quod nunc non ſuperſit amplius.

CENTESIMA DECIMA QVARTA.

Hominis cauſâ mundum novimus exiſtere, ſi cœpit igitur humanum genus, ab æterno mundus niſi fruſtà foret eſſe non potuit. Hominem verò nullum ab æterno fuiſſe patet inde, quod ſi qui fuiſſent ijdem nunc etiã ſupereſſent neceſſariò: Platonẽ aſſumas aut aliũ quemvis omnes interierunt,

ıt eorum nullus ab æterno fuerit.
NTESIMA DECIMA QVINTA.
ıuit eadem hominum natura, quot-
fuerunt vel futuri ſunt, omnes ut nos
.ınt vel naſcentur. Naſcimur autem
ırius exiſtentes, quo præſuppoſito
quitur hominum ab æterno nullum
ſſe. Cæterùm licet aliquos ab æter-
ıiſſe concederemus qui ſubſtantiâ
cum ijdem fuerint, at non ut nos ali-
lo nati, non foret ab eis, ſed quos
aliter procreaſſent, incipienda pro-
io.
ENTESIMA DECIMA SEXTA.
rrò finita quæcunq; ſunt tempore
ıræhendi convincitur ipſorum actio-
: Cum ſint enim ab ipſis ſubſtantijs.
ſæ: (Nil ſiquidem vel motu vel intel-
ːia ſubſiſtat) quieſcere, tolli, vel impe-
oſſunt, ut niſi fruſta forent ab æterno
ıerint: Competit enim æternis ne-
as.
NTESIMA DECIMA SEPTIMA.
m ſit finitus ordo cauſarum primam
nullius ſit effectus, ſuijpſius princi-
, & reliquorum cauſam eſſe conſe-
r. Poſtremum hoc appræhendentes
ici, quod cauſam ſine ſuis effectibus
ːſſe, nec intelligi poſſe noſſent, mun-
eterà que primæ cauſæ coæterna eſse

judicarunt.

CENTESIMADESIMAOCTAVA.

At nos ſi metaphyſicè Deum ſimpliciter examinemus, infinitum quid eſt neceſſariò, cauſâ nullius exiſtens, ut abſq; omnibus & ſit & intelligatur, quo nomine quicquid alicujus reſpectum denotat, ab ejus definitione removendum eſſe ſtatuimus.

CENTESIMADECIMANONA.

Si dicamus ergo Deũ ſui ipſius eſſe principium, cauſamq; cæterorum, neceſsitatem illud, hoc verò contingens quiddam præſupponit: Cùm nil enim alijs per ſe ſubſiſtat, rebus cauſæ nomen accedit, quod & Deo quoq; fuerit adſcribendum, aliàs nos ejus eſſemus cauſæ, quod ſine nobis nec eſſet, nec intelligeretur.

CENTESIMAVIGESIMA.

Effectuum alij revera ſunt à cauſis ſeparati: Quidam verò ſeparatim ſubſiſtere nequeunt: Si mundum hac ratione Dei dixeris effectum eſſe, ſubſtantia nec erit, nec factus adhuc, ſed in perpetuo fieri conſiſtens, quod cœli motus & inferiorum mutationes abſurdum eſſe demonſtrant.

CENTESIMAVIGESIMAPRIMA.

Accidens enim vel fixum eſt ſubſtantiam circumſcribens, ut ſuperficies & quæ per ſubſtantiã extenduntur, vel actio quæ

ſalva

:e tolli poſsit. Ea ratione Dei mun-
:cidens eſſe nequit, hac etiam multò
s, quod moveri Deum generari, vel
mpi dictu ſit abſurdiſsimum.

TESIMA VIGESIMA SECVNDA.

et autem Deum per accidens cau-
ſſe ſtatuamus, nequaquam tamē hoc
·eſpectu ſed effectuum eſſe dicitur:
ſi cauſæ fontem intuearis ipſamet eſt
ta Dei ſubſtantia, quæ licet infinitum
extra ſe faciat, non ob id ipſa de-
r.

NTESIMA VIGESIMA TERTIA.

ɔſtantiâ dicemus igitur mundum à
ſeparatum eſſe, quo poſito facilè quis
ɔrtum conſpexerit: Cùm enim res dū
uſæ neceſſariò conjungatur, Deo
lus (quod nunc ab eo velut aſſumitur
ɔaratus) ab æterno conjungi non po-

TESIMA VIGESIMA QVARTA.

ındum poteſt Deus ut vult corrum-
: Secus enim ſuis ipſiuſmet effectibus
iretur, ejus nimirum extrinſecus defi-
ɔotentia: Non ergo fuit ab æterno cū
ıa nullo modo poſsint immutari.

NTESIMA VIGESIMA QVINTA.

:um Philoſophi ni fuerit ab æterno
dus neceſſariò quieviſſe judicarunt:
ıic fuit error imperitiæ: Cū enim ſui-

ipſius cauſâ ſit Deus,non alterius cujuſquã, non hæc eſt propria ipſius actio, quæ ad mundum vel cæteros ejus effectus profertur. Hanc infrà quæ ſit exponemus, nunc externas Dei tractabimus actiones.

CENTESIMAVIGESIMASEXTA.

Quæ Deus extra ſe agit mediante potẽtia fiunt & voluntate: Nam cum hæc opera, Dei ſubſtantia nõ ſint, eſſet his nequaquam exiſtentibus. At quoniam præſuppoſita potentia, tempore poſteriorem effectum eſſe conſequitur, nil ab æterno Deus egit, quod facere potuerit.

CENTESIMAVIGESIMASEPTIMA.

Voluntas hoc ipſum demonſtrat evidentius: Cùm enim Deus liberrimum ſit agẽs, nullo cogitur ut aliquid agat neceſſariò, ſed ſi velit non agere poſsit. Quoniam ergo voluntas finis meditationem præſupponit, eaq; ab æterno quæ ſunt vel fiunt, ſunt vel fiunt neceſſariò, nil egit Deus ab æterno voluntariè.

CENTESIMAVIGESIMAOCTAVA.

Mundum igitur aliquando factum eſſe concludimus. Cùm itaq; NIHIL ex nihilo fieri poſſe Philoſophis conſtaret, chaos excogitavit Plato, materiam primam, quæ ſine forma, rudis & indigeſta moles ab æterno fuerit, unde mundum à Deo factum eſſe duxit.

CENTESIMAVIGESIMANONA.

Sed nihil novimus exiſtere poſſe, quin quo definitum ſit actu, novimus etiam nil od ab æterno fuerit, immutari potuiſſe: jectis ergo talibus nugis, nil exiſtere nſemus, quin unius Dei ſit effectus, ut od de mundo ſuprà diximus, hoc ipſum tali materia dici poſsit.

CENTESIMATRIGESIMA.

Duo videmus eſſe principia quibus ſubntiæ fiunt, Deum & naturam: Hæc pois omnibus cauſis, ſuos producit effeus, hoc ipſum Deo ſi quis attribuerit, ſcrimen inter actiones utriusq; non viro.

ENTESIMATRIGESIMAPRIMA.

Differentia facilè poterit ab ipſis aniadverti ſubſtantijs: Cùm enim Deus ſolus finita ſit eſſentia, concauſam non habet, æ ad quoſuis effectus opem ei ferat, ſed à nullo eſt ſic nullo vel juvatur vel imditur.

ENTESIMATRIGESIMASECVNDA.

Facit ergo Deus quæ vult ex nihilo: Nam ro materia ſolùm ageret, ea potentiam eoq; ſubſtantiam definiret. Nil ſiquim quod exiſtit infinitam ut fiat potenti habere poſsit.

ENTESIMATRIGESIMATERTIA.

Quamobrem ut finitum eſt natura principium,

cipium, ex finita ſuos effectus materia producens, ſic Deus infinitus exiſtens ex infinita (ſeu NIHILO) quidvis efficit. Primam itaq; materiam Metaphyſicè cõvincitur Dei concauſam eſſe, velut eſt ſecunda naturæ.

CENTESIMATRIGESIMAQVARTA.

Vt autẽ materia ſecunda certam à forma ſibi juncta potentiam habet, ſic prima quod nec actus ſit, nec formatum quicquam, nil agere poteſt, nec ullam in ſeipſa ut fiat vel immutetur potentiā habet, ſed ni ſibi correſpondente forma, Deo nimirum cujus una ſufficit potentia quidvis ut ex nihilo fiat.

SENTESIMATRIGESIMAQVINTA.

Cũ itaque natura ſubſtantialis ſit mundi forma nec ſeipſam efficere potuerit, nõ naturaliter eum, ſed ſimpliciter hoc eſt ex nihilo factum eſſe concludimus. Hæc enim eſt actio prima, quæ cauſa eſt ut ſecundúm quid id eſt, ex accommoda materia poſt aliquid fieri poſsit naturaliter.

CENTESIMATRIGESIMASEXTA.

Abſoluta de mundò diſputatione, cum ſupra mentionem internæ Dei actionis fecerimus, jam res poſtulat eam ut exponamus, quo videre quis poſsit, falſam eſſe quod à Philoſophis eſt aſſumptum, mundus ab æterno ni fuerit, Deum quieviſſe neceſ-

ceſſariò:Longè ſiquidem alíud egerit, od Philoſophi nullo penitùs modo ſunt :quuti.

SENTESIMATRIGESIMASEPTIMA.

Deus quod nullius ſit cauſâ, nulliq; quo ſsit ejus definiri ſubſtantia,vel impediri luntas ſubijciatur, perfectiſsimus eſt ſi-|; ſoli fœliciſsimus. Quoniam verò fœ-itas actione dífinitur, Deo talis actio rit adſcribenda, quæ perfectiſsima di-ur eſſe fœlicitas.

NTESIMATRIGESIMAOCTAVA.

\ctiones ſuæ fine perficiuntur, quo fit llæ ſint perfectiores, quæ ſibi propio-1 habent finem: Cùm itaque perfectiſ-ıa Dei ſit actio, ſuum in ſeipſa finem ha-,atq; ita ut nec magis nec minus ſuſci-t.Non enim fit Deus unquam fœlicior, fuit ab æterno fœliciſsimus.

ENTESIMATRIGESIMANONA.

Cum itaq; Deus in ſeipſo,à ſeipſo,ſibiq; i fœliciſsimus exiſtat,actione fœlicitas s eſt definienda, quæ nullius in ſe reſpe-m contineat, ut quas Deus extra ſe)fert actiones, eum verè fœlicem non iant, tum quod hæc noſtri non ejus ıſâ fiant, tum quidem nos cauſæ Dei licitatis eſſe diceremur.

ENTESIMAQVADRAGESIMA.

Eadem obſervanda ſunt ſi Deum verè

definire velimus, ut ea fœlicitatis actio denotetur, quolibet omiſſo reſpectu, quò fit ut etſi ſolus eſt Deus omnipotens, juſtus & ſciens perfectiſsimè, nequaquam tamen ijs definiri debeat, tum quod actiones non ſint, tum quod ſi redigantur in actum, ſibi tamen ijs nihil efficiat Deus, nec ſibi juſtitiam vel miſericordiam exerceat.

CENTESIMA QVADRAGESI-
maprima.

Porrò cum præter contemplationem Philoſophi nil animadverterent quo Deus fœlix eſſe poſſet, nullamq; præter mentem Theologi viderent ſubſtantiam, quæ tot virtutum cauſa foret, MENTEM Deum eſſe judicarunt: Sed falſum hoc eſt.

CENTESIMA QVADRAGESI-
maſecunda.

Cùm enim maximè propria Dei ſit actiò qua fœlix eſt, contemplatio nobis ut & angelis eſt etiam conceſſa. Contemplatio præterea rebus quæ menti ſubijciuntur eſt poſterior, ut nos quidem vel angeli contemplando fœlices, Deus autem ſit exiſtendo fœliciſcimus.

CENTESIMA QVADRAGESI-
matertia.

Deum ſuprà definivimus quod ſui ſit ipſius principium, ut ſeipſum dicendus ſit ab æterno feciſſe, quæ cauſa eſt quod eum actione

tione ſubſiſtere dixerimus: Cùm enim il- ſubſtantiam actio non præſupponat, nec ſam ſubſtantia ſit actionem conſequuta, rè Deum dicimus ſeipſum faciendo ſem- r extitiſſe: Non eſt igitur ut ejus fœlicita- m contemplatione definiamus, tum quod ſa rebus contemplatis perficiatur, tum uod ipſamet Deus fœlicitate ſubſiſtat, nil rò contemplatione vel fieri vel ſubſiſtere oſsit.

CENTESIMA QVADRAGESI- *maquarta.*

Quamobrem cum inter actiones, ea ſit rfectior qua ſubſiſtens aliquid efficitur, nniumq; ſit perfectiſsima cujus eſt opus ter omnia perfectiſsimū; paucis ut om- a compræhendamus, Deum ab æterno ipſum feciſſe concludimus.

CENTESIMA QVADRAGESI- *maquinta.*

Hoc ipſum ſacris etiam literis confirma- r: Cum enim filius æterna ſit patris fœlici- s HODIE TE GENVI revelatæ no- s ſunt voces, quibus ab æterno fœlicita- m ſibi Deus peperiſſe demonſtratur. Hanc erò fœlicitatem ipſamet eſſe Dei ſub- antiam patet inde, quod una ſit patris & lij ſubſtantia.

CENTESIMA QVADRAGESI- *maſexta.*

Cæterùm

Cæterùm ut eam aliquâ voce deſignemus actionem, cum ea gignere dicantur quæ ſibi ſimilia faciunt, non abſurdum fuerit ſi Deum quod ab æterno non ſimile ſolum, ſed ſeipſum fecerit GIGNERE dicamus.

CENTESIMA QVADRAGESI-
maſeptima.

Hinc in viventibus divinæ fœlicitatis imago conſpicitur, dum naturaliter omnia ſibi ſimilia procreare deſyderant, ut hac ratione perfici videãtur, quod ipſâ etiam ſummi boni definitione fit evidens: Cúm id enim ſit quod ab omnibus expetitur, nil ipſo gignere viventia magis exoptant.

CENTESIMA QVADRAGESI-
maoctava.

Hiſce tres nobis divinitus revelatas unius Dei perſonas animaduertere licet, ut gignens PATER, genitũ FILIVS, ipſaq; ſit actio coniungens utrumq; S. SPIRITVS quem ab utroq; procedere ſacris conſtat literis.

CENTESIMA QVADRAGESI-
manona.

Porrò cum dixerimus Deum ipſamet actione ſubſiſtere, nec diverſum ejus eſſe finen ab agentis ſubſtantia, ſic intelligi debent hæc, ut unus ſit Deus ESSEN-

TIA.

TIA. trinus verò PERSONIS

CENTESINA QVINQVGE-
ſima.

Iam nos ipſos agnoſcere dicamus : Eo
ine mentes creatas eſſe novimus ut De-
ım contemplando laudarent perfectiſsi-
nè : Cùm enim ſit tali dignisſimus laude,
uſtitiamq; poſtulet in omnibus,non con-
emplatione ſolùm , ſed ejuſdem iuſtitia
ıos ſibi conjunxit.Hinc ergo noſtra deſu-
ni debet perfectio.

CENTESIMA QVINQVAGE-
ſimaprima.

Sic nos ſupra creatos eſſe demonſtravi-
ıus, ut finem aſſequi poſſemus , & in eo
erſiſtere , ſed ita ut liberrima voluntate
oſſemus ab eo labi : Cùm itaq;vinculum
oſtræ cum Deo conjunctionis juſtitia
ıerit perfectiſsima,reſtat nihil quã ut nos
Deo ſeparatos eſſe fateamur, quod De-
m quid ſit neſciamus , nec ipſum laude-
ıus ea quam poſtulat juſtitia ratione.

CENTESIMA QVINQVAGE-
ſimaſecunda.

ũ verò naſcamur inſcientes , cùmq; pec-
atò nondum a nobis admiſſi , maximam
entiamus imperfectionem , ſeu corpus &
nimam ſeu conſyderes externa , pecca-
ım à noſtris oportet eſſe parentibus: Nec
ıac ſi foret injuſtum reijci debet : Deus
enim

enim quæ prædeſtinavit erant juſtiſsima, certóq;fieri debuerunt.

CENTESIMA QVINQVAGESI-
ſimatertia.

Certam Deus hominum multitudinem mulieris & viri conjunctione fieri voluit. Primos creaverat parentes ut eorum poſteri pariter forẽt fœliciſsimi. Conceſſerat eis quæ ad id ſufficerẽt omnia. Reliquerat eos in manu ſui conſilij. Quæ cauſa eſt ut noſtræ ſolum miſeriæ primos debeamus accuſare parentes.

CENTESIMA QVINQVAGE-
ſimaquarta.

Porrò ceſſaturam humani generis procreationem hinc fit manifeſtum quod ipſa ſuum in ſeipſa finem non habeat. Non enim noſtrum naſcendo finem conſequimur, ſed poſtquam nati ſumus, Deum perſectè cognitum laudando perficimur: Cũ ſit igitur eadẽ omniũ hominum natura, cũ eodem fine naſcamur omnes, nullũ fore concluditur, quin ei tempus poſt nativitatem ſuperſit, ut ſuam conſequatur perfectionem.

CENTRSIMA QVINQVAGE-
ſimaquinta.

Peccatum eſſe novimus, alias injuſtitiæ Deus accuſaretur, ſi nos adeò ſine cauſa miſeri foremus. Vt autem peccatum ſit

parum

rum intereſt: Ne tamen hac in re Lecto-
deeſse videamur paucis id exponemus.

CENTESIMA QVINQVAGE-
ſima ſexta.

Quæ in proximos peccata committun-
ır, vel odio fiunt impellente, penuria co-
ente, rationis lapſu, vel hiſce ſimilibus
ıæ primis parẽtibus attribui non debẽt,
nec in proximos peccaſse videantur.

CENTESIMA QVINQVAGE-
ſima ſeptima.

Vnum eis ut peccarent occaſionem de-
iſſe videtur, divinæ contẽplatione maje-
atis: Cum enim voluntatẽ haberent libe-
ım, Deum ut laudarent vel non, ra-
oni conſentaneum eſt eos eſſe contem-
atione motos, ut divinam expeterent
ajeſtatem.

CENTESIMA QVINQVAGE-
ſima octava.

Cum generis humani procreatio finem
habitura, mundum hunc conſequitur
ſe, quod illius ſolum cauſâ factus ſit,
iquando ceſsaturum. Quoniam verô nõ
icujus ſolum temporis cauſâ, nos Deum
ciſſe videtur, mundum credimus ipſum
ium eſſe facturum, qui contemplandam
us majeſtatem nobis exponat, quo no-
ram verè conſequamur fœlicitatem.

CEN-

CENTESIMA QVINQVAGE-
ſimanona.

Animas equidem Philoſophi nunquam morituras eſſe iudicarunt, ſed non ſatis probe rem ſunt aſſequuti: Corpora ſiquidem non alio Deus que fecerit, quam ut toti, non aliqua ſolū noſtri parte conceſſa frueremur fœlicitate. Poſtquam hic ergo mundus ſuum fuerit finem conſequutus, corpora Deum credimus eſſe ſuſcitaturū, aliumq; mundum hoc ſublato conſtructurum, qui ſufficiat omnibus & integris hominibus excipiendis.

CENTESIMA SEXAGESI-
ſima.

Cum enim peccati cauſa quod ab æterno Deus facere decreverat non ſit immutaturus, corpora judicamus in æternum eſſe manſura: Peccato ſiquidem non admiſſo corpus interire videretur injuſtum: At peccaſſe dicet aliquis. In æternum ergo punietur non anima ſolum ſed homō qui peccavit totus.

CENTESIMA SEXAGESI-
maprima.

Licet autem corpora quævis interire videamus, non id obſtat tamen, quin quod decrevit Deus ſit omnino futurum: Morimur enim ut hac quoque peccatum parte puniatur, tum ut ſemotis naturæ injurijs, in

æternum

:rnum corpora perdurare poſsint.

CENTESIMA SEXAGESI-
maſecunda.

Non eſt igitur ut nos hujus muudi miſe-
torqueat, cum ſit mundum Deus alium
aturus, qui nobis eum conſpiciendum
dat perfectiſsmè, cujus contemplatio
trà ſit futura fœlicitas.

CENTESIMA SEXAGESI-
matertia.

Ioc ipſum certo futurum eſt, ſed hoc ip-
uoq; cave ne dimittas Dei nos hoſtes
:, quæ cauſa fuerit, ut nec ei ſimus placi-
i nec, ejus amore moveamur, ſed quod
icitatē nobis peperiſſet in contrariā ſi-
smiſeriā cōverſuri. Quod amicos enim
ıctat, id ipſū torquet inimicos invidiâ.

CENTESIMA SEXAGESIMA.
quarta.

Cùm hic ergo ſit mundus à Deo factus
ıumani generis propagationem, non
fectæ cauſâ fœlicitatis, non eſt ut
hoc quoq; nos verè miſeros eſſe ju-
:mus, quò fit ut metu futuræ miſeriæ
rs mirum in modum affligat.

CENTESIMA SEXAGESIMA-
quinta.

:quid hac noſtra Dei, noſtriq; cogniti-
: ſumus aſſequuti? Num hac humanam
ntem ratione laudavimus, quod ſim-

plicem rerum omnium notitiam ei ſupereſſe dixerimus: Noſtræ fructus contemplationis eſt deſperatio: Cùm enim Deum quod juſtus ſit perfectiſsime, noſtramq; noverimus imperfectionem, ſpesq; recuperandæ fœlicitatis nulla ſuperſit, reſtat nihil quã ut moriẽtes exclamemus ENS ENTIVM miſerere noſtri, ENS ENTIVM miſerere perimus.

CENTESIMA SEXAGESI-
maſexta.

Nullius tamen hæ voces ſunt efficaciæ, quod miſericors quidem ſit Deus, ſed ita ne juſtitiam lædat. NOS autem DEO ſit laus, aditum ad ejus miſericordiã, conceſſa vobis ſalvatoris noſtri IHESV CHRISTI juſtitia, nacti ſumus. Conſydera quæſo quiſquis es optime lector, an non ea quam rationibus aſſequimur cognitionẽ fides noſtra fulciatur. Abſtruſa Dei voluntas ejuſdem majeſtate ſuſtinetur, Lex eſt Euangelij, Cur non & Theologiæ fundamentum Philoſophiam eſſe conceſſerimus?

AXI-

AXIOMATA:
QVIBVS PASSIM DE-
monſtrationes conſtruxi-mus.

ACTIO ET PASSIO.

NIhil omnino quieſcit quin aliqua ſe prodat actione.

Sublata facultate tollitur actio, cum vice verſa tolli poſsit actio manente cauſa.

it in ſeipſum: Extrinſecus ergo patitur omnia.

ni, nõ eſt paſsio contraria, ſed actio.

actio per ſe , paſsio per acidens ibuitur.

s ſunt unius actio & paſsio.

ıs eſt agenti contrarium.

non eſt motus ſed paſsio.

s actiones formæ ſunt adſcribendæ communes ſint, ſeu propriæ.

ſubſtantiam præſupponit: Nil ergo ſum facit.

ACCIDENTIA.

entia in ſubſtantias agere non poſ-, quod earum ſint effectus.

s accidentibus eſt varietas: referunt m ſubſtantiæ neceſsitatem.

AFFRIMATIO ET NEGATIO: PRIVATIO.

Res eſt affirmatione, finita negatione.

Infinita eſt ſimplex affirmatio, quod negatione quidvis definiatur.

Vnica cujus competit affirmatio, nec ulli bis eadem negari poſſunt.

Negatio nec agit, nec patitur, ſed ejus cauſâ patitur affirmatio.

Privatio mera eſt certæ formæ negatio: Potentia ſiquidem ſequi non poſsit negationem.

Res per ſe negatione definiuntur, ſuperficie verò per accidens.

ÆTERNA.

AEterna nullo penitus modo poſſunt immutari.

AEterna nec ortum habent nec cauſam ex qua ſint.

Quicquid alterius eſt cauſâ) quod finis præmeditatio docet) eſſe non potuit ab æterno.

Ab æterno quæ fuerunt in æternum ſunt neceſſariò, ſed non quæ cœperunt finem habent neceſſariò.

Per ſe quidvis æternum eſt.

BONVM.

Boni cauſa quidvis expetitur.

Bonum poteſt operari quicquid malum agit.

Nil

l boni penitus agere poteſt, quod ma-
um eſt omnino.
n omne bonum malo contrarium eſt.
num bono contrarium eſt quod ſub-
antijs competat contrarietas.

CAVSA ET EFFECTVS.

alis cauſa tales ſunt effectus, niſi per
ccidens immutentur.
ctu ſuo cauſa deterior non eſt.
ctus ſuæ ipſius cauſæ cauſa non eſt.
ctus omnes definiti ſunt.
eipſum facit alterius nomine. (fiat.
it ex nihilo ſi non efficientis virtute
ſi non efficiente cauſa fiat, quod eſt in
hilum reduci poteſt.
cquid fit, in tempore fit, quod non
iſtere prius id oportuerit.
ctus à cauſis ſeparati, cauſis ſunt tem-
re poſteriores.
ctus à cauſis ſeparati verè facti, ſed
ri dicuntur qui ſeparatim exiſtere
queunt.
cauſa ſubſiſtit, quod intelligatur ea
atione.
eſt neceſſario quod cauſam habet.
es effectus à cauſis ſeparari poſſunt.
ſunt aliundè perpetua ſunt ſecun-
n quid.

CONTRARIA.

bi ipſi contrarium eſt: Sunt igitur ac-

cidentia quæ uni ſubſtantiæ tribuuntur contraria.

Contraria certas faciunt mutationes.

Excellentiũ graduum contraria ſimul conſiſtere nequeunt.

Cõtraria contrarijs imminuuntur, at augetur actione paſsio.

Non uni, ſed duobus eſt motibus adſcribẽda contrarietas.

Idem contraria poteſt efficere, ſed alterutrum per accidens.

Contraria ſunt quæ ſub eodem genere poſita mutuis ſe poſſunt actionibus afficere.

Subſtantiæ quæ fiunt ex ſe invicem contrariæ ſunt: Nam,

Fit ex contrario quicquid fit naturaliter.

Contrarietas quietem parit: Quieſcunt ergo res extrinſecus.

COMPOSITIO.

Omnia præter Deum ſunt compoſita, quod ſolus ſimpliciter exiſtat.

Subjectum quod ineſt non componit.

Negatio nil componit, quod nihil addat.

Nulla forma compoſita eſt, quod nil ſine materia componatur.

DEVS.

Solus Deus actione ſubſiſtit, quod ſeipſum ab æterno fecerit.

Quod aliquo modo malum eſt, Deo placere

cere nequit.
Fides bonum quod facimus perficit, ut Deo placeat.
Nil fruſta Deus, naturaq; faciunt.
Nil præter Deum ſubſtantiam habet in voluntate.
Neceſſaria Dei voluntatẽ non infringunt, quod ei talia per ſe competant.
Deus volens juſtus eſt neceſſariò, non coactè.
Deus eo ipſo quidem omnia poſsit, non eſt fœlix: actione ſiquidem perficiatur unumquodq;.
bi nil vult Deus: Nondum enim perfectus eſſet.
eus ſuijpſius eſt principium per ſe, per accidens aliorum cauſa.

ESSE.

ſiſtere malum non eſt, aliàs Deus omnium quæ ſunt peſsimum eſſet.
m & eſſe convertuntur, nec quicquam t multitudine.
ſimpliciter unum & idem eſt cum innito.
il reſpectu ſubſiſtit, aut relatione.
icquid eſt eo ipſo quod eſt, ſibi non eteris exiſtit.
ſeipſo magis aut minus exiſtit.
od eſt potentiam non habet ut fiere ſsit.

AXIOMATA.

FINIS FINITVM, ET INFINITVM.

Suo fine quiduis perficitur.

Nil diverſam à ſuo fine naturam habet.

Quæ ſuum extra ſe finem habent, in æternum perdurare nequeunt.

Non ſeipſum fecit quod alterius eſt cauſâ.

Infinitum nec magis, nec minus ſuſcipit.

Nil eſt infinitum numero, quod ſemper aliquid adijci poſsit.

Vno plura non poſſunt eſſe infinita.

Infinitorum nulla eſt differentia.

Quicquid finitum eſt tempore cõtinetur.

Nil eſt infinitè cauſa: Nullum ſiquiden infinitum cauſam habeat.

Quæ finita ſunt, perſe non poſſunt nõ exiſtere, per ſe tamen potentiam habent, ut non exiſtant.

GENVS, ET DIFFERENTIÆ.

Differẽtiæ per ſe competunt affirmationi. per accidens verò negationi.

Genus & differentiæ principia ſunt noſtræ cognitionis.

Vnius differentiæ multa poſsunt eſſe propria.

Numero differunt quæ ſubſtãtias (licet eaſdem) ſeparatas habent.

HOMO, CORPVS ET ANIMA.

Homo non eſt unum per ſe, quod duabus immutatis conſtituatur formis.

Accidens

Accidens eſt hominis compoſitio, quod ejus formæ per ſe ſubſiſtere poſsint.

Vivere poſse corporis eſt accidens, animæ verò ſubſtantia.

INCORPOREA.

Contraria non ſunt incorporea, quò fit ut à ſolo Deo poſsint immutari.

Audiunt incorporea, vident, atq; moventur, ſed ita ne poſsint impediri.

Subſtantiam animæ vident angeli, ſed ſolus Deus voluntatem.

Senſuum actiones tribui poſsunt incorporeis, non paſsiones.

INTELLECTVS, CONTEMPLATIO, SCIENTIA.

Conſiſtere nequit quod benè fundatum nō eſt, Verus igitur Adamo fuit eligendorum intellectus.

Firmum eſſe decet intellectum, liberam voluntatem.

Contemplatio non eſt ipſa fælicitas, quod multos invidiâ torqueat.

Iuſtitia perficitur contemplatio.

Scientia perfici, non errare poteſt.

Nota conſenſus eſt veritatis, mendacij verò diſcordia ſcientia nil operatur.

Intellectus res ipſas conſequitur.

Phantaſma eſt quicquid in intellectu ſolum exiſtit.

Res ut per ſe ſunt, ſic per ſe non accidētia

verè debent intelligi.

MOTVS.

Corporis ſimplicis unus eſt ſolummodo ſecundùm naturam motus.

Nil à medio poteſt, ad extrema eodẽ moveri tempore, ni dilatetur.

Cœli motu perficiuntur, inferiora verò quiete.

Eádem qua moventur naturalia virtute quieſcunt, ſed diverſo reſpectu.

MVTATIONES.

Quod per ſe ſubſiſtit, per accidens immutatur.

Nil ſeipſũ efficere, vel corrumpere poteſt.

Corrumpuntur formæ naturales, reſolvuntur verò compoſita.

Per ſe incorruptibilia, per accidens corrumpi nequeunt.

Potentiam habet ut immutetur, quod patitur.

Præter ſimplicem formæ ſubſtantiam nil corrumpitur.

Mixtio rebus per accidens, ſed per ſe generatio tribuenda eſt.

Res quæ ſunt ratione corrumpuntur, generantur verò quæ non ſunt.

MATERIA.

Materia forma eſt ignobilior.

Eadem eſt naturalium formarum materia, ſed multiplex dignitatis differentia.

NA-

NATVRA.

Nil fit ſine duplici potentia naturaliter,agẽtis & patientis.

Quod agit in aliud naturaliter,id ipſum in ſuam convertit ſubſtantiam.

Naturalia dum agunt , ſimul etiam patiuntur.

Id ipſum quod agit naturaliter, ab alio corrumpitur.

Violenter non fit , quod ſecundum naturã fieri poteſt.

Cœli potentiam non habent ut quieſcere poſſint naturaliter.

POTENTIA. III.

Nonnulla poſſe,ſignum eſt impotentiæ.

Nil potentiâ ſubſiſtit , quod futurũ præſens omninò præſupponat.

PRINCIPIA.

Prima principia non rerum exiſtentium, ſed ſcientiarum ſunt cauſæ.

Rei corruptibilis corruptibilia ſunt principia.

Principia ſunt in effectibus, at non omne cauſæ.

Rei per ſe ſubſiſtentis, accidentia non ſunt principia.

Res eadem quibus eſt,mutationis habet principia,cum per ſe non ſecundum accidens ſolùm mutetur.

NECESSITAS.

Neceſ-

II. Neceſsitatē contingentia quidem ſequitur, ſed non vice verſa contingentiam neceſsitas.

Nil eſt vel fit ſimpliciter neceſſariò, niſi quod ab æterno fuit.

Neceſsariò fieri poteſt, etiam quod mediante fit voluntate.

Simplex neceſsitas à nullo poteſt immutari.

Neceſsitas intelligentibus extrinſecus illata, coactio eſt.

Neceſsitas unitate conſiſtit, ſed contingens eſt multitudo.

SVBSTANTIA.

Nec angeli nec homines quicquam ſubſtantiale faciunt, quod eorum ſine demonſtratur.

Subſtantiæ per ſe non ab alio ſubſiſtunt.

Ineſse poſsunt etiam ſubſtantiæ.

Id ipſum ejus eſt ſubſtantia, ſine quo quid exiſtere nequit.

Perfectæ ſubſtantiæ, non earum ſolummodo principia: ſunt contrariæ.

Per ſe bonæ ſunt omnes ſubſtantiæ.

Subſtantia ſi ſit ab actione diverſa, quodammodo quietem refert.

SINGVLARIA, ET VNIVERSALIA.

Quicquid exiſtit eſt ſingulare.

In intellectu ſolum ſunt univerſalia.

Singularia ſunt univerſalium cauſæ, non è contrario.

VOLVNTAS.

:lle ſubſtantialis eſt animæ facultas, ide-
ðq; per ſe bonum eſt.

›luntas bona, multoq; magis mala no-
›is accidit.

:us vero per ſe bonum vult.

l volumus neceſſario.

nnia peccata voluntati ſunt abſcriben-
la, ſed vitia cæteris etiã animæ faculta-
'tibus.

ellectum voluntas præſupponit. (ſit.

rè voluntaria ſunt quæ nolle quis poſ-

HÆC POST ADDIDIMVS.

ıodDeũ laudare nequit, ipſum offẽdere
ıon poteſt, ideo ſolis intelligentibus eſt
ıdſcribendum peccatum.

ıiri quod non peccavit jure nõ poteſt:
Non ergo noſtra miſeria Deo ut cauſæ
ribui debet.

ı non eſſe ſorte contentum, radix eſt
ımnium vitiorum.

ſe præſupponit quod per accidens eſt.

;od per ſe unum eſt, perſe nequit eſse
ulla.

poſita, contraria, diverſa uni per ſe non
›oſsunt atribui.

em comparativus, cui poſitivus com-
›etit.

Finis Axiomatum.

PRAE-

PRÆFATIO.

IN fœlix eſt humanum genus (optime lector) quod ſuã agnoſcere nequeat imperfectionem: Licet enim ſenſu moleſtiæ vera definienda ſit miſeria : Secus tamen in hac vita noſtra nobis deſcribenda fuerit infœlicitas : Cum hic enim mundus non fœlicitatis primùm vel miſeriæ , ſed procreationis ſit , humanæq; ſpeciei propagationis cauſa creatus , miſeri ſunt ethnici, non quod ipſo iam moleſtentur actu , vel metu futuræ condemnationis affligantur , ſed quod ignorantia ſeu vi narcotica mens eorum inficiatur , ut morbum non ſentiant , quem ſi noſſent oblata fortè medicina ſalutem conſequerentur: Et ſanè mirum Dei conſilium licet hac in re ſcrutari, quod velut homines , diaboli peccato facti non ſint inſcientes : Iudicium ſiquidem ubi peccarunt hi, ſit ex tempore conſequutum : Sed hæc ſi perſpicuè ſatis exponerentur præfationis limites excederent : Etſi verò miſeri ſunt ethnici , quod ſuam neſciant miſeriam, noſq; fœlices quod eandem noverimus: Non hæc tamen ſimpliciter eſt nominanda fœlicitas vel miſeria, quod alterius intelligi debeant reſpectu : Verè ſiquidem propoſito fine ſit deſcribenda fœlicitas , & ejuſdem privatione miſeria : Non enim Deum noſſe fœlicitas eſt intelligentium (velut eſt diabolorum exemplo manifeſtiſſimum) ſed eundem qui laudaverint fœlices exiſtunt, quem ſi non aſſequerentur intelligentiæ finem , ipſa forent cognitione miſerrimi : Non ſecus atq; bonum amicos exhilarans , invidiâ torquet inimicos? Hæc mihi non intellexiſſe videntur,

qui

oſtram ut egregiè miſeriam exprimerent, non
ɔlum ſed & cæterorum cognitionem peccato
tam eſſe volunt, ut hominis anima non Deum
ius ſed diabolos imagine referat : Non enim
ntelligere (nobis aliàs laxa longè forent inſœ-
a,) ſed malum velle miſerum eſt. Volunta-
ige concedamus nil ex ſeipſa quod Deo pla-
appræhendere poſſe, diabolos eâ refera-
referamus & intellectu, ne Theologis no-
ι minuere miſeriam videamur : Si profectò
ta ſit intelligendi facultas, non diaboli quod
ctè ſciens exiſtat, anima (Dei multò minus) ſed
is fuerit effigies: Non eo tamen dementiæ per-
nus, ut (etſi per ſe mentem illæſam eſſe ſtatui-
ı quæ nobis revelata ſunt divinitùs, vel eadem
ı quæ non admiſſo potuiſſemus, nos aſſequi
:judicemus, cum nec ethnicorum quiſquam
Deum agnoverit, nec eum ipſo etiam ju-
e ſpiritu liceat in hac vita perfectè contempla-
Sed eandem quæ fuit antè lapſum intelligendi
tatem ſupereſſe credimus, ea tamen ratione
oqui poſſe mutum, quod homo ſit, exiſtima-
, ut ſibi correſpondentem vis hæc non habeat
ɔtentiam. Vulgus ſanè ſequuntur imperi-
qui res ipſo ſenſu metiuntur, cum veritas in re-
centro ſit abſconditiſſima. Vulgus aliquantum
ſophi ſuperarunt, eodem tamen modo pec-
ıt : Operibus ſiquidem non cujuſvis ſed ejus
ı intelligendo judicarunt eſſe perfectiſsimum
atem ponderaverint, atq; ſi non ratione ſed A-
elis authoritate Philoſophi ſuſtineretur: Non
n Ethnicos : Cùm enim Deo placere non po-
ıt, eum ſuis mendacijs non uſq; adeó commo-
ıt: In Chriſtianos invehimur quod hiſce dele-
ctentur

ctentur Ethnicorum ſordibus. Hæc ſunt nimirum ſcholarum ornamenta, Theologus etiam eò videbitur imperfectior, ſi non ejus mentem virus hoc infecerit, ut veritatem ſuis oppugnare poſſit rationibus: Nec ad rem mihi reſpondere videntur, qui non Theologicè quidem, ſed Philoſophicè dicunt hæc eſſe veriſſima: Chriſtianum ſiquidem ſi men dax ſit Philoſophia non deceat eſſe Philoſophum, quæ cum ſæpè conſyderaſſem, animum aliquandiu á Philoſophiæ ſtudijs abſtraxi: Poſt tamen rem perpendens accuratius, mentem non Ariſtotelem Philoſophiæ fontem eſſe cognovi, quo factum eſt ut ratione mihi non authoritate, judicarim eſſe Philoſophandum: Spem enim veritatis inveniendæ faciebat, quod ea ſolum ſciri noveram quæ dicere liceat eſſe veriſſima, nec ſcientiam eſſe Philoſophiam, ſi ſint quæ decreverit emetita: Nec eſt quod duplicem ſtatuas eſſe veritatem, ut argumentum id tibi videaris infringere, Philoſophicam nimirum & Theologicam: Vt enim rerum quæ ſunt unicum eſt principium, unaq; mens eſt hominis qua Philoſophus eſt atq; Theologus, ſic una eſt in eadem mente veritas, cui præter mendacium nil poſſit eſſe contrarium. Age quæſo cujus eſt donum Philoſophia? Dei ne vel diaboli? Quocunq; modo reſpondeas abſurdum nequaquam effugeris, niſi Philoſophiam aliter, quam hactenus Philoſophis viſum fuerit, deſcribas. Ejus itaq; rationem (probé modo perpendas) tibi paucis exponemus. Quid Philoſophia ſit intelligere non poteris, niſi diſcrimen ejus & Theologiæ demonſtretur. Vox equidem hæc Philoſophiæ Divina detrahere videtur, quæ plurimorum eſt ſententia, qui libris differentiam exponunt, ac ſi Theologica ſolùm forent, quæ ſacris literis continentur,

Philo-

Philoſophica quæ nobis Ethnicorum conceſſa ſunt monumentis, cum plurima tamen in illis animadvertere liceat quæ Philoſophica ſunt, in his verò non pauca conſpiciantur, quæ falſa ſunt apertiſſimè: Valeant qui dixerint eſſe Philoſophica. Secus ergo diſcrimen eſt inveſtigandum. Ea communi, verò tamen omnium conſenſu notum eſt eſſe Philoſophica, quæ mens ſuis ipſius viribus aſſequitur: Cùm itaq; duplicia ſint quæ ſacris adſcribuntur: Nam vel ipſam Dei majeſtatem exprimunt, vel ejuſdem edocent voluntatem: Hęc verè dicimus eſſe Theologica, ſed illa Philoſophiæ tribuimus, quod prima poteſt mentis creatione demonſtrari: Deum enim hominem ita creaſſe conſtat, ut majeſtatem ejus, at non voluntatem aſſequeretur intelligendo. Quamobrem ut Divina voluntas propria fundata eſt majeſtate; ſic illius revelatio ſuſtinetur huius cognitione: Chriſtum ſiquidem fide nunquam appræhenderis, certo credens Deum ejus cauſa in gratiam te recepturum eſſe, niſi noveris eundem eſſe juſtiſſimũ, te verò peccatorem: Sic ſpem auxiliaturum eſſe Deum, dum precamur facit omnipotentia, facit & ejuſdem nota benignitas. Cum itaq; Theologiam (ut á Philoſophia ſimpliciſſimè differt) doctrinam de gratia dicamus eſſe, Divinæq; voluntatis revelatione, Philoſophia verò Dei ſit, & cæterorum ſcientia, verè profectò Philoſohiam Theologiæ dixeris eſſe fundamentum. Nec obſtat quod mentem ita novimus eſſe corruptam: ut nec Deum, nec ſeipſam poſſit agnoſcere: Facultas enim eadem intelligendi, quæ ſi peccatum non eſſet nunc etiam rationibus aſſequeremur, ipſamet eſt mentis ſubſtantia, quæ peccato non tolli quidem, ſed potuit obfuſcari, quod nobis fuit primo hujus libri tracta-

tu demonſtrandum , ne fruſta videremur ulterius progredi Philoſophando. Facultas igitur hæc (quam ſubſtantialem nominamus ad potentiæ naturalis differentiam)cum nunc etiam ſuperſit, facilè vel exercitio(quod Ariſtoteles cæteriq; docent Philoſophi) vel lumine Spiritus illuſtratur , ut ſi non quidvis aliquid tamen aſſequi poſſit. Quod cum ego perpendiſſem aliquoties , humanas eó rationes deducere conatus ſum , ut veritatem ſacris literis expreſſam agnoſcerent, ſicq; quod monet Apoſtolus captivum tradidi Theologicis intellectum, eo ſanè ſucceſſu(Deo ſit laus) ut eis non modo non refragaretur amplius, ſed ea ſuis etiam confirmaret rationibns. Hiſce(ſi quis intenté conſyderet)ijs ſatis factum eſſe putamus , qui tot Philoſophorum acumen obijciunt , eos judicantes , ſi fieri poſſet ut humana mens id aſſequeretur, nequaquam fuiſſe tranſituros: Non enim dubium eſt quin ipſemet Ariſtoteles , ſi Chriſti lumine fuiſſet edoctus , ſuos meditando revocaſſet errores, veritate diligentius inquiſita. Quamvis autem Spiritus auxilio nobis inventa ſit veritas : (Credidi namque prius quam intelligerem :) Non ob id tamen hæc non ſunt Philoſophica , cum principijs natura notis , ipſaq; confirmatis experientia demonſtrationes extruxerimus,quas vel infideles apprehendere poſſint , ut intellectum agnoſcāt veritatem , quam ſimplici noverunt imperitiores fide Chriſtiani. Scopus hic ſane fuit Philoſophanti propoſitus,ut inuſta Philoſophiæ macula dilueretur,tum ut Ethnicorum calumnijs reſponderetur , qui noſtram clamitant abſurdam eſſe religionem : Nam ſi verum fateri velim nil fide noſtra veris eſt. (Errores nequaquam intellexero)rationibus conſentaneum , quod Eth-

nici

nici cum Philoſophiæ forent imperiti credere non potuerunt: Non eſt igitur ut hæc iniquè ferant noſtri temporis Philoſophiæ doctores, qui Philoſophorum opera ſuis exornarunt illuſtrationibus, nil hæc ſiquidem eorum gloriæ detrahant, quod etſi foret veritati tamen magis erat obtemperandum: Sin verò quæ hujus libri titulo ſumus polliciti, nequaquam præſtitiſſe videamur, utut tamen ſe res habeat ſi vel nos aliàs, vel cæteri controverſiam hanc examinaverint, vincet profectò Philoſophia. Perfectè fateor Philoſophari non poſſumus, quod hæc vita velut eſt modo propoſitum ſuoq; loco demonſtratur, nec miſeriam verè pariat nec fœlicitatem: Vnum tamen eſt admittendum neceſſariò, perfici quidem ſcientiam poſſe, non aberrare: Fides imperfectionem non mendacia ſuffert. Hæc me ſanè moverũt ut Philoſophiam ſuis repurgare conatus ſim erroribus, quod ſi non ita fœliciter ſucceſsit, tamen æqui boniq; conſules (amice lector) occaſionem forſitan offerent aliqui plenius ut ipſa demonſtrentur. Ter ſunt à me multo correcta labore, ne adeò tamen arrident, ut ipſe mihi videar ſatis feciſſe: Ni ſperaſſem aliquos eſſe futuros, qui ſe nobis ſint oppoſituri, quorum materiam argumenta ſuppeditabunt, ſemel atq; iterum eadem reddidiſſem longè perfectiora. Septennium hac in re contrivi, ſed fuit animus multis peregrinationibus, ſtudijs ad hæc nequaquã pertinentibus, aliquorum etiã importunitate diſtractus, ut minus commode potuerim Philoſophari. Si qui ſint ergo qui nos á ſcopo lõgè putẽt aberraſſe, nõ aliter eis priuſquã id demõſtraverint, ſatis fieri poterit, quã ut hæc exercitij cauſa profuiſſe concedãt: Queſtiones enim quã plurimas Philoſophaturis offerimus, quæ mẽ-

tem nulla meditatione diſtineant rationes etiam nō paucas excogitavimus, quas (ni fallor) ad hoc uſq; tempus nemo ſcriptis expreſſit: Novum quid igitur habebis (optime lector) non corraſam hinc inde, furtòve collectam (unde librorum coipa prodit) rerum antè ſcriptarum congeriem: Nam ne libellum quidem conſuluimus, ſed ea ſolum quæ mens meditando fuit aſſecuta calamo excepimus. Tribus autem tractatibus omnia comprænendimus, quorum primam de viribus humanæ mentis conſcripſimus, ut Philoſophia (quam ijs definimus) quid foret, quidve Philoſophicè demonſtrari poſſet, animadverteretur. Secundus Ariſtotelis principia diſcutit, quibus ipſi naturalia conſtare videbantur: Hæc enim prius examinanda fuerant, cū nihil quod falſis fundatum eſt principijs verè conſiſtat. Tertiò rem (ut ſpero) complevimus: Errores enim Philoſophorum quibus Philoſophia cum Theologia verò pugnabat ita refutavimus, ut quod canit Pſalmo 110. regius ille Propheta: (Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum:) non abſurdè Philoſophis attribui poſſit: Nam quæ Domini verbum antehac mendacij Philoſophia redarguebat, ejuſdem nunc gloriam ceu ſcabellum comprobata ſuſtinet veritate.

DE

DE VIRIBVS HVMANAE MENTIS.

Tractatus primus.

PHILOSOPHIA QVID SIT, *quidq; ſit de ea ſentiendum*

PRæcipuam philoſophiæ maculam inuſſit authoritas: Cùm enim philoſophorum acutiſsimus fuerit Ariſtotele, veritatemq; in plurimis quam proximè appræhēderit, philoſophiæ fons, & regula iudicatus eſt, ut ſi quid cum ejus dogmatis pugnaret, nequaquam philoſophicum eſſe videretur. Falſa certè nec minùs hæc eſt ridicula hominum perſuaſio, quaſi non innata nobis, ſed acquiſita ſit philoſophandi ratio.

Philoſophandi facultas menti noſtræ innata eſt; non acquiſita. Potentia verò naturalis (ut dialecticis intelligitur) huius effectus eſt, qui prout mens impeditur, variatur, hinc ejus contrarium nata eſt impotentia.

An ſi quotquot unquam conſcripta ſunt o-

pera evanuiſſent, proinde philoſophari non potuiſſemus?

An non aliquis primum ſine præceptore philoſophatus eſt?

Humanæ menti nõ Ariſtoteli philoſophia eſt adſcribenda: Non is enim philoſophiam peperit, nec ipſi nomen indidit, ut à philoſopho philoſophia denominaretur, cum non credere, ſed intelligere potius philoſophiæ ſit dignitas.

Philoſophia ſimplicior eſt, ideoq; philoſopho prior, eiq; nomẽ impertit, ut philoſophus ſit nõ qui philoſophis fidẽ adhibet, ſed qui philoſophiam habet. Alia res eſt philoſophię cœleſtis. Cũ enim fides nobis nullo modo ſit innata (Divinæ voluntatis revelationẽ intelligo) nec rationibus appræhendi poſſit, authoritate nititur, quiq; Sp. Dei (á quo fides eſt) reguntur, fideles ſunt, atq; ita fidei veritas á Spiritu pendet, non ab Ariſtotele philoſophia. Philoſophus eſt Ariſtoteles, non fidelis ſpiritus,

Ratio vera mater eſt philoſophiæ.

Quamobrẽ ratio vera philoſophiæ mater eſt, pater Ariſtoteles, vel quiſquis ipſo melius rationes humanas examinaverit, veriusq; res obſcuras expoſuerit. Suus itaq; philoſophis relinquatur honor, noſtrũ eſt omnino inculpatũ tantæ ſcientiæ, quantũ quidẽ fieri poterit, nomẽ ſacrumq; tueri ne philoſophantiũ error ipſi adſcribatur, ab eaq; plurimorum animi deterreantur. Quæ ſcripſerũt igitur quotquot unquã extite-

titerunt Philoſophi, ſi non ſint veritati conſentanea, Philoſophica nequaquam dixeris, ſed ſophiſtica potius. Non enim errorum, ſed veritatis eſt ſciētia. At ſi quis rerum quæ perpetuo variantur, earumq; captum noſtrum quæ ſuperant opinionē, vel fidem non ſcientiam quis eſſe dixerit, parum ſcientiæ ductus cum noverit, ſimplicioribus vel vulgi rationibus, vel ſcripturæ teſtimonijs acquieſcat, nec cujus ignarus eſt de eo judiciū ferat, quod pleriq; Theologorum hodierna luce factitant, qui ſi quid non intellexerint, intelligi non poſſe exiſtimant.

Falſum Philoſophicum non eſt.

Mens humana nunc eam habet, quam antè lapſum intelligendi facultatem.

Res itaq; divinæ noſtram nequaquam omninò fugiunt intellectum (ut res omittam naturales, quarum ſua etiam eſt ſcientia) ſed eà qua ante lapſum intelligendi faucultate pollet humana mens, quæ ſi quid non credendo ſolùm, ſed intelligendo appræhenderit, veritati conſentiens Philoſophicum eſt: ita ut nil ſit aliud Philoſophia, quàm rerum divinarum & humanarum, ex innata nobis intelligendi vi, certo rationum diſcurſu acquiſita notitia, unde nec Ethnicorū ullus, quod à veritate aberraverint, nec Theologo-

Philoſophia quid.

rum maxima pars, quod non intellecta ſimplici fide appræhendant, nec Angeli quod licet credant, & intelligant id à priori non aliquo rationum diſcurſu habeant philoſophi dicendi ſunt.

Philoſophia ſimpliciſſimũ aliquando ſcire deſignat, quo modo Angeli philoſophi ſunt & fuit Adamus antè quã peccaſſet, aliquando intelligẽdi facultatem ſignificat, qua ratione philoſophi naſcimur. Nunc verò poſt admiſſũ peccatũ nobis eſt habitus, ſeu mentis qualitas ex multis actionibus acquiſita.

Quantum itaq; humana mens ratiocinando aſſequi poteſt, tantum quod philoſophiæ tribuendum eſt, ut tamen ejus dignitas retineatur, eos ſolum qui rerum abſtractarum (quales ſunt divinæ & quæ oculis demonſtrari nequeunt) notitiam habent, philoſóphos vocare poterimus, aliàs communiori vocabulo non doctos ſolùm, ſed & quemvis ratione valentem comprehendere licet.

Quivis ratione utens Philoſophus dici poteſt, quod ratio ſapientiam humanam, ut fides divinam, faciat. Hinc fortè poterit animadverti, quo modo infantibus recens natis, fides attribuatur, licet enim nec edocti ſint, nec fidem ullatenus demonſtrent, fideles tamen ut & Philoſophi dici poſſunt, quod & innatam ratiocinandi facultatem habeant, & divinitùs incomprænhenſibili modo fide ſint imbuti.

Vt autem quo uſq; ſe Philoſophia extẽdat videre

videre poſsimus brevem de viribus humanæ mentis diſputationem inſtituemus. quæ ſi Theologiæ repugnare videbitur, lubens ſacris literis me captivum tradam, ſpero tamen ſi quis bene ſententiam noſtram perceperit, ipſam non eſſe reprobaturum, quin inſtitutum noſtrum potius, ſi non inventæ veritatis, exercitij tamen nomine ſit laudaturus.

EANDEM PER SE HVMA-*nam mentem eſſe, quæ antè lapſum fuerit.*

NOnnullorum ſententia eſt primorum parentum lapſu animam ſic eſſe corruptam, ut per ſe vitioſa exiſtens, non Dei, ſed diaboli referat imaginem. Horrenda ſanè opinio eſt, & quæ diabolis incarnatis potius quã homini Chriſtiano conveniat.

Homo ſi per ſe conſyderetur Dei non diaboli opus eſt ut ipſum referre poſſit. Quod verò per peccatum diabolus in homine operatus eſt, ejus id effigiẽ refert, ſed nec ſubſtantiæ noſtræ, nec ejus partis ullius opifex eſt diabolus, ut omnino ejus imago ſi quæ ſit in nobis, noſtri ſit accidens: Cum enim diabolo deteriores non ſimus, ipſeq; ceu opus & creatura Dei, bonuš ſit, abſurdum profectò fuerit ſi animę noſtræ ſubſtantiã per ſe malam eſſe ſtatuerimus.

Miſeriam forte noſtram extenuare veren-

tur.Simplex equidem , & quæ pia videri poſsit, vana tamen hæc eſt perſuaſio. Cum enim fine felicitatem quidvis aſſequatur, mentem ſi ſuo fine privaverimus, ſat infœlicem reddiderimus. Licet autem ſine Spiritus Sancti auxilio nihil boni præſtare poſsimus, non ob id tamen animam in ſeipſa ſuæ videlicet ſubſtantiæ reſpectu, malam eſſe conſequitur.

Exiſtimant aliqui falſum menti ut malum voluntati tribuendum eſſe, verùm poſtea melius hic refutabitur error.

Nec ſi voluntatem malam eſſe conceſſerimus proinde mentem quoq; talem eſſe admittemus. Voluntas enim libera creata eſt, ne Deus homines ad ſui laudem violenter protrahere videretur, quod à virtute longe fuiſſet alieniſsimum , ideoq; bonum vel malum appræhendere potuit, ut vel bona, vel mala diceretur, ſed non tum ſubſtantialem animæ facultatem ſignificat.

Velle ſubſtantialis eſt animæ facultas, cui bonum & malum accidunt.

Velle enim ab anima tolli nequit , quod ijs differentijs competit eas idcirco nequaquàm admittere poteſt: Nã ſi bona per ſe ante lapſum voluntas fuiſſet, malũ nullo modo admiſiſſet, ſiq; nunc eidem malitia per ſe inſit, nihil ipſo etiã adjuvante Spiritu

tu Sancto boni efficiet, cum arbor qualis fuerit,tales etiam fructus proferat. Licet autem non ſit ut antè lapſum libera voluntas,non propterea tamen hæc ad malum neceſsitas ſubſtantiale quiddam eſt. Non enim ſpecies eſt omne quod ſemper & omnibus ineſt. Quin imò nec õnibus hæc hominibus imperfectio competit, (Chriſtus ſiquidem peccatum non ſenſerit) nec ſemper aderit: Tolletur enim aliquando.

Simplex quidem neceſſitas (ut accidens eſt contingentia)ſubſtantiam refert. Non pauca tamen alicujus reſpectu neceſſitatem admittunt, ut ignis oleo immiſſo flammam neceſſario edit, cùm hæc ejus nihilominus accidẽs ſit.Sic anima noſtra dũ originis eſt peccato cõtaminata, niſi ſpiritu Dei cohibeatur, peccatum neceſſariò admittit.Sed non hæc ſimplex eſt neceſſitas, cũ & ſpiritu ſancto impediri,& tandẽ ipſa manẽte ſubſtantia poſt mortẽ revera tolli poſſit.

Voluntas itaq; vis bona mentis eſt,non ſecus atq; brachiũ movere poſſe bona quoq; animæ corporisq; facultas eſt, qua quis & bonum,& malum (accidentium naturã *Quo mo-* oſtendit contrarietas)operari poteſt.Mala *do mala* tamen nunc eſt quod ita originali peccato *ſit volun-* ſit excæcata, ut quod malũ eſt boni ſpecie *tas.* apprehendat,unde etiam ſubſtantialis ejus *Specie bo-* bonitas animadvertitur, quod per ſe ma- *ni malum* lum nihil expetat, ſed ut bonum quidvis *appeti-* eligatur, niſi fortè furioſis id contingat, *mus.*

verum

verum nec electio, nec voluntas verè dicenda fuerit.

AN PHILOSOPHIA SPIRITVI *ſancto ſit adſcribenda.*

VT autem menti quantum tribuendum ſit animaduertamus, quod à multis quæri ſolet anSpiritus ſanctus potius,quam humana mẽs,philoſophiæ ſit author,diſcutiemus.Cum itaq; philoſophia non authoritate (ut ſupra diximus) ſed rationib.nitatur,ab ipſisq; naturâ notis principijs ortum habuerit,menti profecto, non vel Ariſtoteli, vel Spiritui Sancto tribuẽda eſſe videtur, hinc philoſophiam plurimi non Deo, ſed hominibus adſcribunt. Proximè quidem humanæ mentis inventum eſſe conceſſero, non tamen ob id Dei donum eſſe negabimus, cum â Deo toti prodierimus, ut ſi nos mente Deus, mentis quoque donauerit effectibus.Cæterùm ſi non Spiritũ, Sanctum ſed homines, philoſophari verè dicamus,his primo adſcribẽda eſt philoſophia,licet Spiritũ Sanctũ mẽtis opificẽ eſſe conſtet.Neq; ſi abſq; eius auxilio philoſophari nequeamus,ideo verè, proximaq; philoſophiæ cauſa efficiens eſſe dicetur.

Philoſophia non immediatè Dei,ſed humanæ mentis inventũ eſt.

Quicquid eſt cauſa cauſæ, cauſati quoq; cauſa eſt' ut

ut ſcientiarum,cum mentē fecerit,cauſam eſſe Spiritum Sanctum conſequatur. Remotior tamen eſt quod inter eum & ſcientias mens intercidat.

Coadjutorem eſſe conceſſero,nihilq; mētem humanam ſine ipſo veri appræhendere poſſe,non proinde tamen ei primo veri cognitio adſcribitur, cum plurima ſint, quæ ratione non diuerſa, nobis philoſophantibus adſunt, præceptores, meditationes & exercitia,ſine quibus verum mens aſſequi nequit. Præterea ſimplicisſimum ſcire Spiritui Sancto, magis etiam multò quam Angelis adſcribere decet, ut ſcientiæ divinæ rationis diſcurſum nequaquam admittāt,ſeu Deum, ſeu homines conſyderaveris, ille ſiquidem ſimplicisſimè ſciat,hi verò id fide credentes appræhendant. Quamobrem ut rationē ſic omnes quæ inde proveniunt ſcientias menti primò adſcribimus.

Coadjutor eſt S. Sp. non effiçiēs philoſophiæ cauſa. Nec angeli (multo minus Deus) nec Theologi ſunt philoſophi,

AN MENS SINE SPIRITVS
Sancti auxilio intelligere nequeat.

THeologi ne Deo quicquam detrahere videantur,miſeriam noſtram quantum poſſunt augent,aliquando etiam non tam verè quam ſimpliciter,mentemq; quod verum ſit, id niſi Spiritus Sanctus in homine operetur, intelligere non poſſe

ſtatu-

ſtatuunt,quemadmodũ nec voluntas boni quicquam per ſe appræhendit.

Habilitas quædam intelligendi vel aptitudo Sp. S poteſt attribui, non ipſa facultas quæ mentis eſt ſubſtantia.

Equidem lubens id conceſſero ſi potentiam intellexeris,quam effectus nullo impediente conſequitur. Facultas enim aliqua ſubſtantialis eſt,quæ impediri quidem,ſed non remanente ſubſtantia tolli poteſt, qua ratione cæcam pingimus juſtitiam, non ſine oculis,ſed velamine obtectam,ut cum juſtum quod eſt videat optime, perſonas non intueatur.

Mens ſi cùm non intelligat nihil intelligere poſſit à trunco non differet:ſi poſſit quidẽ,ſed non ſine Spiritu Sancto:hunc mentis noſtræ ſubſtantiam eſſe conſequetur,cum hoc ipſum intelligere poſſe à mẽtis ſubſtantia nequaquam diuerſũ ſit.Naturalis potentia quod paucis conceſſa ſit hominibus,accidens eſt,ideo alia neceſſariò ponenda eſt,quæ per ſe mẽti cõpetat,nulliq;negari,ſed impediri poſſit ſecundùm magis&minus,unde naturales prodeunt inclinationes,ſeu id temperamẽto corporis, ſeu immediatæ Dei voluntati tribuendum ſit,quod vel ad virtutes, vel ad ſcientias alijs ſint aliqui natura procliviores.

Mens itaq; noſtra,peccato ſic eſt involuta, tenebriſq; obfuſcata, ut nec bonũ appræhendere, nec verũ poſsit animaduertere,

Sed

Sed hæc accidens eſt impotentia, quæ deleto peccato, ſublatisq; tenebris, nequaquam ſuperfuerit, vel imminutis ſaltem, in ſibi contrariam potentiam cōvertatur, ſeu id diſciplina, laboribus & exercitio, ſeu ſola, & immediata Sancti Spiritus ope fieri poſsit. Mentē ergo cùm ejus ſubſtantia nec ſublata ſit, nec ullo modo imminuta, per ſe facultatē ſeu ſubſtantialē potentiā eſſe dicimus, ea intelligendi quæ ante lapſum Deus, Adamum primum parentem ſcire voluit, quod ſequentibus argumētis & rationibus apertè demon ſtrabitur. *Quid ſit mens.*

INTELLIGENDI FACVLTAtem accidens non eſſe mentis, ut hac ſalva tolli poſſit.

NEmo quidem peccato mentē omnino ſublatam eſſe concefferit. Haud tamen multò plus mihi ſapere videntur, qui maxima ex parte ipſi vires intelligēdi detrahunt, ut ea quidē aſſequi poſsit, quæ non ita multum à ſenſibus diſtant, cætera verò nequaquam. Licet enim mentis ſit accidens intelligere, cum nec infantes, nec qui dormiunt mente careant, intelligendi tamen vis & facultas à mente nullo modo ſeparari poteſt, quoniam præter energiā, aut dynamin nil res definit, unde ſi acti- *Nullam animæ partē peccato ſublatam eſſe. Intelligere mentis eſt accidens,*

ſi actione mens privetur, actum primum qui ſubſtantialis eſt facultas, ſi ſuperſit ipſa, reſtare neceſſum eſt: ut enim quiete nihil,ſic actione, vel ejus potẽtia definitur unumquodq;, ita ut mens nil dici poſsit, quod cum non intelligat, omnino nequit intelligere.

ARGVMENTVM PRIMVM.

Mens vel intelligit neceſſariò, vel intelligere poteſt. Non autem ſemper intelligit,ſemper ergo poteſt intelligere. Hoc cum nec reipſa,nec ratione poſſit à mente ſeparai,ejus ſubſtantia dici debet.

Quamobrem mens ipſamet eſt intelligendi vis:Non enim materiæ ſeu ſubiecti nomen eſt, ut ceu cera ſigillum quidvis imprimente Spiritu ſancto, vel doctore alio recipere poſsit, ſed cum incorporea ſit, nec recipit in ſe quicquam, nec ſeipſam auget intelligendo. Non eſt ergo quod quis vim hanc, aut illam paucis ſuperſtitibus perijſſe ſibi perſuadeat, cum incorporea partibus individua ſint, nec ſublata parte aliqua conſiſtant. Etſi verò aliquis alio eſt intelligentior,magis tamen homo nequaquam dicitur: ſubſtantia enim eadẽ eſt,omnium quæ ſub eadem ſpecie continentur.Hinc alia ſtatuenda eſt intelligendi facultas, ſecundùm quam homines definiri poſſint. Hæc enim cũ magis & minus recipiat,

Mens non eſt partib. dividua.

Accidens eſt magis aut minus intelligere poſſe.

recipiat, contrariamq; habeat impotentiam, accidens eſt, paucisq; competit hominibus, quod cerebri præſertim, temperiem magis ad id accommodam ſequatur.

Subſtantias quidem infra magis & minus recipere demonſtrabimus, ſed non id de una ſpecie intelligetur, illę ſiquidem differentiæ, differentes quoq; ſubſtantias efficiant.

Vis ergo intelligendi præter naturalem (quæ ſecunda eſt qualitatis ſpecies) aliqua eſt admittenda, quæ cum furioſis, pueris & dormientibus, ſingulis deniq; hominibus competat, mētis ſubſtantia ſit, humanamq; ceu proxima, & ſimpliciſsima differentia, ſpeciē conſtiterat. Quod itaque ſenex infante perfectior eſt, ad corpus, quiq; ipſum habitus ſequuntur referri debet, non ad ipſam mentis ſubſtantiam, quod quidam breviter uſu mentis diſcrimē exprimunt. Infantibus enim humore nimio mentis vires impediuntur, aut nullo ſenſum iudicio motæ, jacent.

Qua ratione ſint aliqui doctiores.

OMNE MALVM, ADEOQVE *pepcatū. & quæ ipſum ſequuta eſt imperfectionē, per ſe non ſubſiſtere, ſed bonæ ineſſe ſubſtantiæ.*

MAli ſubſtantiales originis peccatum nimis extenuare verebantur, ſi acci-

dans eſſe dicerent, ideoq; animam lapſu primo in ſe corruptam eſſe ſtatuerunt, ut hæc ſubſtantialis foret imperfectio. Sed viri ſimplices mali naturã non probe conſyderarunt. Licet enim præter Deum ſubſtantia quælibet imperfecta ſit, quod cum aliquid exiſtat, ipſi plurima denegata ſint, mala tamen ob id nequaquam fuerit. Non enim ſubito malũ, eſt quod minus eſt bonum: Nec malæ ſunt ſubſtantiæ bruta, quod loqui, vel loquentes intelligere nequeant, nec lapides quod non animali motu ferantur, malæ Dei creaturæ ſunt.

Imperfectum à malo differt.

Ea imperfectio quæ rebus à Deo factis innata eſt, mala non eſt, ſed quæ aliunde prodijt.

Nam hæc imperfectio bonum eſt uniuſcuiuſque ſubſtantiæ, cum finis inferioris ſit, ut alteri ſubſerviat, ideoq; in ſuo genere quidvis à Philoſophis dicitur eſſe perfectum.

Nihil á Deo factum ſi per ſe conſyderetur imperfectum eſt, ſed ſi ſubſtantiæ inter ſe conferantur. Homo quolibet inanimato, vel rationis expertē melior eſt, & perfectior.

Cùm igitur omnes à bono principio ſubſtantias ortum habere conſtet, nec nulla Dei crearura ſit, rationi conſentaneum fuerit, ſi ſubſtantiam nullam per ſe malam eſſe

eſſe ſtatuerimus. Si quam enim ſubſtantiam malam admiſerimus, ſecundum Manichæorum errorum, principium primum perfectiſsimè malum, quod Deo correſpondeat omnino cogemur admittere. Qualis enim cauſa eſt, tales etiam profert effectus, nec quod perfectiſsimè bonum eſt malum facere poteſt, nec quod eodem modo malum eſt, ulla ratione bonum poteſt operari, ut ſi quis ſit effectus perfectiſsimè malus (ut ſubſtantia per ſe mala, cum ex ſeipſa accidentia bona depromere nequeat) ſimilem ejus opporteat eſſe cauſam efficientem.

Subſtantia per ſe mala, bona per accidens eſſe nequit.

Errorem hunc infra refutabimus ubi unũ ſolummodo rerum quæ ſunt eſſe principium demonſtrabimus.

Quamobrem cum eſſe aut ſubſiſtere bonum quid ſit, nihil quod per ſe ſubſiſtit, ea qua ſubſiſtit ratione malum eſſe, quodq; malum eſt alicui omnino quod bonum ſit inhærere credimus.

Subſiſtere bonum eſt.

AN HABITVVM BONORVM, ET MA- *lorum bonum quoq; ſit, & malum ſubjectum, an bonum & malum duntaxat.*

Bonum facilius quod malum eſt ſuſtinet, ejusq; cauſa eſt, quam vice verſa, illud ab hoc ſuſtineri poſsit.

 Quoti-

Digitized by Google

Quotidiana patet experientia quod boni malos, quam vice verſa facilius ferant. Exemplo tibi ſint Hugenotæ.

Hinc omnium rerum ſeu bonæ ſeu malæ ſint cauſa prima Deus eſt, earũ quidem perſe, harum verò per accidens, malosq; pariter ac bonos fovet ac ſuſtentat, viresq; dat impio quibus abutitur ad malum perpetrandum. Quamobrem bonam quoq; ſubſtantiam malorum cauſam & ſubjectum dicere poſſumus. Cùm verò habitus noſtri vel boni, vel mali ſint, animæq; ac corpori, ut & actiones ipſæ adſcribi poſſint, nec mali fructus à bona procedant arbore, ſed ſimiles cauſa proferat effectus, quibuſdam fortè, ſubjectum virtutum & vitiorum voluntas bona & mala, ſcientiæq; ac inſcitiæ intellectus verus falſus videri poſsit: Quæ ſanè ſententia ſi benè intelligatur veritati conſentanea eſt: Id enim etiam philoſophi conſyderarunt, dum animæ facultates corporis conjunctione compoſitas fieri ſtatuerunt, ut errores indè, vitiaq; prodierint: Sed non ſecus atque Theologi noſtri aberrant, quod materiam malam, malumq; eſſe corpus exiſtimant.

Quod de cauſarum & effectuum ſimilitudine attulimus verum eſt ſi de cauſis per ſe intelligatur. Sæpe ſiquidem effectus bonæ cauſæ, per accidẽs immutari

mutari poſſit, Cū verò voluntas noſtra cauſa per ſe ſit bonorum & malorum habituum, mala quoq; & bona ſtatuenda eſt, Sed bonum non ut in ſacris literis accipimus quod Deo placeat. Ei namq;(cum imperfectum ſit id circa quod verſamur, ſuiq; contrarij mixtione contaminatum) Deo placere nequit: bonum tamen eſt mali reſpectu. Fide verò perficitur ut Deo placere poſſit.

Philoſophicè infrà cum ijs agemus, nunc fide nobis eſt & ratione pugnandum. Ante lapſum cùm anima jam corpori conjuncta eſſet purus & ſine vitijs erat Adamus, ut vel corpus vel animam malam fuiſſe falſum ſit, aut utriuſque conjunctionem vitioſam, quocunq; enim poſito Deus per ſe mali cauſa foret. Voluntatem itaque malam, noſtrumq; falſum eſſe concedimus intellectum quibus & virtutes, & ſciētiæ ceu proprijs ſubjectis attribuuntur, bonum tamen ipſius animi velle dicimus, atq; per ſe incorruptum, pariterq; mentem illæſam.

Cum dicimus voluntatem ſubjectum eſſe virtutum & vitiorum, non ſimplicem ipſius facultatē (quod velle nominatur) intelligimus, ſed peccato contaminatam. Sic falſus eſt intellectus cauſa tenebrarum.

QVID SIT ORIGINIS *peccatum.*

CVm verò malum quod originale vocant omnibus innatum ſit hominibus, nec ulla vel diſciplina, vel ſtudio tolli poſsit ipſius corruptio ſubſtantiæ, non accidens eſſe videtur. Paucis ergo quid ſit inquiremus. Niſi peccatum ab Adamo fuiſſet, noſtriſúe maioribus, naturæ dominaremur, nec nobis nocere quicquam, nec animam corpus afficere poſſet. Admiſſo itaque peccato, dominium id amiſimus, ut nihil hæc imperfectio aliud eſſe videatur, quàm impotentia naturam cohibendi. Nam ſi cuncta vitiorũ genera conſyderes, omnia naturæ poſſunt attribui, quo nomine materiam Philoſophi malorum eſſe cauſàm exiſtimaverunt:

Peccatum originis eſt impotentia naturam cohibendi.

Potentia verò (ut ex habitu privatio cognoſcatur) quam cum liber eſſet habebat Adamus, animæ ſubſtantia non fuit, hac ſiquidem remanente nihil ominus, amitti non potuiſſet, ſed vis, & divinus fuit influxus, ex hominis cum Deo conjunctione proveniens, quo quia ob peccatum orta ſejunctione deſtituimur, fit ut naturæ ſubijciamur, noſtriq; ſenſus, intellectus atq; voluntas terrena tractent præ Divinis, & appræhendant.

Hæc exercitij quidẽ cauſa proponimus, vera tamen ſi fateri velim quid ſit innata nobis imperfectio, unde velut è mala ſcaturigine

terigine vitium quodvis prodit, præter eam quæ modo propoſita eſt impotentia, ſcire non poſſum. Animam enim per ſe ſolum conſydero, nec imminutam, nec ſublatam penitùs, nec corruptam eſſe (ut infra demonſtrabitur) intelligo. Accidentia ſi quis intueatur duplicia eſſe deprǽhendet: Nam vel ejus proprij ſunt effectus, vel ipſi extrinſecus à corpore proveniunt: Propriorum natura eſt ut ſuis ſimiles cauſis exiſtant, quocirca ſi tale imperfectionem hanc animæ accidens eſſe ſtatuamus, per ſe malam eſſe cauſam conſequetur, quod multis refutabimus argumentis. Animam itaq; nec malum per ſe, nec mali cauſam, nec malum hoc originis proprium animæ, vel corporis effectum, ſed accidens utriuſq; ex conjunctione ortum eſſe ducimus.

Duplicia ſunt accidentia.

Ea conjunctio per ſe mali cauſa non fuit, aliquid tamen ad id contulit. Omne malum quod committimus ita ſe habet ut tale ſimpliciter non ſit, ſed omnino bonum habeat adjunctum, hujus animam per ſe, illius verò ex accidenti cauſam eſſe ſtatuimus.

AN CORPORI PECCATVM *poſſit attribui.*

His ita poſitis in eum quem adverſus Philoſophos agentes errorem rejecimus,

 cimus,

cimus, incidere videri poſsimus quod omne corpori malũ adſcribamus. Hanc ergo quæſtionem an malum corpus eſſe dicendum ſit ita diſcutiemus, ut quantum à Philoſophis differamus facilè quis intelligere poſsit. Cum noſtræ corpus ſubſtantiæ pars ſit, nec minimum etiam ob admiſſum peccatum affligatur, quod peccauerit haud impium fortè creditu fuerit. At quoniã nec ſenſum (per ſe ſi conſyderetur) habet, nec vult, aut eligit quicquam, certè nec bonum, nec malum ipſi ut cæteris ſine ſenſu & ratione creaturis, attribuendum eſſe videtur. Per ſe quidẽ nec laudare Deum, nec offendere poteſt: Animæ tamen reſpectu, cujus conjunctione unum quid eſt factum, has vires habere dicitur, quaq; peccavit ratione, punitur eadem, per ſe ſiquidem quia non ſentit, nequaquam affligatur. Quamobrem cum ſine corpore (nil ipſo videlicet ad id conferente) anima peccare potuerit, ut in diabolis eſt conſpicuum, ipſam ſolam (ut abſurdum videtur quod aliàs conſequeretur Deum per ſe mali cauſam eſſe) peccatricem eſſe dicimus.

Corpus perſe Deũ offendere nõ potuet, nec per ſe punitur.

Si eſus pomi ſpiritualiter pro expetentia Divinæ majeſtatis intelligatur (ut infrà docebimus (nil corpus ad peccatũ cõtulit. Sin revera terræ fructus fuerit, corpore quidem admiſſum eſt peccatum, ſed cum rerum eſus corporearum non per ſe vitioſus

exiſtat,

exiſtat, corpus non cauſam peccati efficientem, ſed inſtrumentum ejus qua peccatum admiſſum eſt actionis, fuiſſe dicimus.

QVOMODO PRIMVM A *Secundis peccatum differat.*

PRimi quidem peccati reſpectu corpus ſine culpa fuiſſe ſtatuimus, ſed cætera quæ poſt admiſſa ſunt peccata corpori partim adſcribenda eſſe videntur: Cùm enim malum eſſe cor hominis ſacræ literæ doceāt, nec ipſa mala ſit animæ ſubſtantia, malum id ex conjunctione corporis, & animæ ortum, voluntatemq; intellectum ex accidēti vitoſum eſſe ducimus: Simplices enim animæ facultates non ſunt ſed aliunde compoſitionem habent, ex qua malum prodit quod in nobis committitur. Animæ verò contagium hinc à corpore provenire convincitur quod Deus cum mali nullius authorſit, in nobis id immediatè non effecerit, nec diabolus ejus ſit potentiæ, ut animam noſtram vel per ſe, vel per accidens immutare poſsit.

Cum præter Deum rerum principium nullum ſit molorum etiam cauſa eſt: ſed ut bonorum per ſe cauſa eſt, ſic immediatè mali nihil efficit: Hoc enim

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ejus operibus accidit, ita ut inter Deum & id quod malum eſt bonum opus interveniat. Sic corpori non Deo primum animæ corruptionem abſcribimus.

Adamus itaq; ſuijpſius mali cauſa fuit, ex quibus clarum ſit ab ejus corpore affectā fuiſſe animam cum idem in ſeipſum agere nequeat. Licet autem corpus animæ contrarium non ſit, ut ab eo patiatur, ſecus tamen quam â Phyſicis paſsio intelligatur animam affici ſtatuimus, non quod aliqua vel prima, vel ſecunda tactili qualitate immutetur, ſed quod varijs ab eo rapiatur illecebris, ut voluptates corporeas præ Divinis appræhendat,

Deus hominem in manu conſilij ſui reliquiſſe dicitur non quod ipſi potentiam hanc ademerit, ſed quod ejus voluntatē, & electionem ſeu bonam ſeu malā non impediverit. Nam ſi voluiſſet ipſum cohibere poterat ne laberetur, ſed ea ratione non liberè, ſed neceſſariò Deum homo laudeſſet quod à virtute (ut ſupra diximus) eſt alieniſſimum.

Primi verò parentes cum Deo conjuncti forent, ab eo potentiam habebant, ut facilè ſi vellent cuivis vel corporeæ, vel diabolicè tentationi reſiſterent, quod cum non præſtiterint, ſed ſua ſorte non contenti Divinam rapere Majeſtatem conati ſint, factum eſt ut vinculum Dei cum humano genere ruptum ſit, naturæq; Deus habenas laxaverit, unde varia corpori ſucceſ-

ſit

ſit intemperies, & cætera quibus anima dolore afficitur, ſuasq; vires intelligendo probe nequit exerere. Hinc terra ſuam amiſit benedictionem, ſol, & aër, cæteraq; omnia ſic operantur, ut contrarijs impedita, ſæpius finem ſuum non aſſequantur, ſed rerum penuriam, peſtem, omnisq; generis morbos, ſterilitatem, Regum & Principum iras, bella, furoresq; inferant: Hinc cordium multiplices affectus, omniaq; quotquot animadverteris modo peccata perveniunt, ut naturæ, & animæ ex amiſſo Dei auxilio imbecillitati malum quidvis adſcribendum ſit, ita tamen ut quod agit homo ſolùm Deo diſpliceat: Natura enim ſuum quem à Deo habet curſum promovet, quæq; ei ſubſunt omnia ſum pro conceſſa vi faciunt officium, ut nullum ex ijs malum ſit exiſtimandum.

Nil præter hominem Deum offendit.

Solum id quod intellectum habet malum agere poteſt: Nam quod Deum laudare nequit, ipſum quoque nequaquam offenderit. Cùm itaq; malum ſit quod finem ſuum non aſſequitur, ſoli qui ratione valent ab eo poſſunt aberrare, cætera ſiquidem omnia quam à Deo habent ſubſtantiam ſuis demonſtrēt effectibus, ut hæc neceſſariò, illa vero difficulter ſuum faciant officium.

Porrò ut ex animæ ortu peccatum originis quale propoſuimus eſſe pateat, animamq; à corpore contaminari ſequentem

quæ-

quæſtionem diſcutiemus.

AN ANIMA EX TRADVCE O-
riatur, aut ſemeni cœlitus in-
fundatur.

SI ſemen animatum foret inde animas oriri aſſerere non dubitarem, cum vanum ſit quod à philoſophis ſtatuitur (ut infrà patebit (nec fieri, nec corrumpi poſſe incorporea. Sed quoniam nec ſenſu, nec motu animam refert, ipſius ei ortum adſcribere abſurdum fuerit,

Cum ſemini *platikeè dynamis* attribuatur, quæ non naturæ, ſed animæ vis eſt, verè forſitan animatum eſſe dixerimus. Licet enim nec ſenſu, nec motu animã referat, non ob id tamen ea carere dicendum eſt, cum ſuas ob inſtrumentorum defectum actiones ipſa nequeat exercere.

Cum tamen animatorum ſemen ſit, inq; animalis utero hominis generatio fiat, ſimul cum ſpiritibus utriuſq; ſexus, anima fœtui forſitan infundi videbitur, ut animæ quemadmodum plurimi ab uno ignes, oriantur, cujus ſanè rei fidem facit innata nobis imperfectio: Nam ſi cœlitùs animæ corporibus immitterentur, puræ forent, nec parentum à quibus non prodeunt jure fierent hæredes.

Non

Non bene meo quidem judicio reſpondent Theologi, Deum non ob id injuſtum eſſe, quod impuras nobis creet animas, cum quales majorum fuerunt, tales quoq; noſtras eſſe oporteat. Hanc in Deum blaſphemiam tutius vitare poterant, ſi puras quidem à Deo factas talesq; cœlitùs nobis immiſſas eſſe dicerent, ſed fœtui quam primùm conjunctas parentum peccatum in ſe concepiſſe. Vtcunq; tamen hæc ferri poſſe reſponſio videatur, ſi extra ſemen & corpus humanum fiant animæ puræq; ſint & integræ, cum mala conjunctio ſit: hancq; Deus effecerit, mali cauſa dicendus erit. Præterea ſi quemadmodum ajunt hæc imperfectio ſubſtantialis eſt, hominiq; ceu cauſæ attribuitur, cur non quoque ipſi ejuſdem generationem adſcriberemus? cum unius corruptio ſubſtantiæ, alterius generatio ſit, idemq; quod corrumpere omnino etiam generare poſſit, ut infrà demonſtrabitur.

Ad hæc ſi ut aſſerunt Theologi malum de quo hoc in tractatu quæritur non accidẽs, ſed animæ ſubſtantia ſit, ejus ortum parentibus adſcribere cogentur, cum ab eis hæc noſtra provenerit hæreditas. Quod ſi omnino Deum animæ cauſam efficientem eſſe, nec id fieri naturaliter exiſtimes, conceſſero, materialem tamen cauſam admittere malim, ut abſurdum quod jam propoſitum eſt, evitetur.

Animaliter (ſi ſic loqui licet) fieri poteſt, ut á naturali motus hic animalis diſtinguatur. Si verò extra corpus animas fieri dicamus, non hominis, ſed humani

Digitized by Google

mani corporis in utero generatio fiét, vereq; naturalis non animalis erit motus. At inquies in eo utriuſq; partis conjunctionem fieri, ſed hanc hominis ſubſtantiam eſſe ex tempore negavero, quod alibi patebit evidenter.

Duplex eſt ſeminis ſubſtantia, ut & ipſius fœtus.

Sed hinc à veritate hoc eſſe videtur alienũ quod nec terrena ſit anima, ut ex ſemine oriatur, nec in corpore interat, ſed ab eo ſuperſtes manens ſeparetur facile tamen reſpondebitur ſi ſeminis non unam eſſe ſubſtantiam intellexerimus: Cùm enim ad ſeminis generationem venæ & arteriæ ſanguinem, & ſpiritus deferant, hi formam, ille verò materiam ſubindicat. Vis autem ſpirituum animalis eſt non naturalis, ut ſemen non omnino anima diſtitutum eſſe videatur quemadmodum hepar aut cerebrum, licet animalis pars non ſit: Nondum tamen anima vis hæc eſt quod duplex ab utroque ſexu procedat, unica verò ſit fœtus anima Dum viri ſemen, mulierisq; per uterum anima victuro inſtrumenta parant, venæ nutrimentem atq; arteriæ vitam deferunt, quæ cum ab anima ſeparari nequeat, ſimul animam ex innata ſeminis utriuſq; vi, aſsiduaq; ſpirituum vitalium infuſione fieri judicamus. Hæc autem generatio animalis eſt non naturalis, nec corpoream, aut naturalem ideo animam eſſe conſequitur, quod è ſemine ipſam oriri

riri ſtatuamus, cum ſanguinis atque ſpirituum ſubſtantia diverſa ſit, ut quæ ab utroque procedunt verè ſeparari poſsit: ſed de his infrà copioſius agetur ubi immortalem eſſe animam demonſtrabimus.

Si ſemen externum aërem offendat ejus ſpiritus cum ſubtiliſſimi ſint evaneſcunt, tumq; ſemen nobiliſſimam ſui ſubſtantiam amittit: At ſi quis quærat an anima ſit quæ diſperditur, amputatum brachium opponam, quod mortuum & anima deſtitutum eſſe dicitur, homine nihilominus vivente, ut hinc verſimile videatur animam in aliqua parte principi aut omibus etiam ſedem habere, ſuasq; ſolummodo vires ceu ſol radios in extimas quasq; corporis partes diffundere. Ajunt phyſici animam in unaquaq; corporis parte totam eſſe, digitumq; ſi oculum habeat videre poſſe. Quod ſi verum ſit anima pro corporis incremento dilatari videbitur. Pari ratione fœtum quaſi matris pars ſit animam ſuſcipere dictu fortè non fuerit abſurdum. Quod verò fœtus non ut aliæ partes amputatæ, anima deſtituatur, ratio eſt proprijs ad vitam inſtrumentis adſcribenda, quibus cum cæteræ partes careant fit ut emoriantur. Sed hæc ſi abſurda ſint jucundæ tamen ſunt materia diſputationis.

ALIAM ESSE NOSTRI, AT-*que Diaboli rationem, in eoq; convenire quod mens utriq; per ſe ſit incorrupta.*

Ani-

ANimam naturæ noſtram ſubijci diximus, ab eâq; ſic affici ut nec verũ ſimpliciter, nec bonum perfectè apprehendere poſsit. At diabolorum fortè quis ſubſtantias opponet, quæ cum nullo corporis contactu inquirentur, per ſe malæ videri poſſunt, ut ſi hanc in eas peccatum potentiam habuerit, in noſtras non ſit impotentius, ſed levior hæc ratio eſt, quam ut perſuadere poſsit: Nam accidentibus etiam ſubſunt incorporea (ut ſuo loco clarum fiet.) Diabolorum autem ſubſtantiæ ex intellectu, & voluntate conſtituuntur, ut intelligendi facultas cum ſimplici velle una ſubſtantia, bonumq; Dei ſit opus: Velle itaq; cum ſic comparatum ſit ut vel liberum eſſe poſsit, vel bono aut malo determinari, poſt admiſſum peccatum diabolos non voluntatem ſeu ipſum velle judicamus amiſiſſe: Hæc enim eorum ſubſtantia eſt, ſine qua mali non dicerentur, ſed quam ad bonum eligendum vim habebant, quæ vis accidens omninò fuit, quod angelis remanentibus ſublata ſit, vimq; ſimul excipiẽdi mali conjunctam habuerit, ex qua contrarietate accidentia fuiſſe patet: Vna enim ſubſtantia licet alij numero ſecretæ, ſibi tamen ipſi nequaquam poteſt eſſe contraria. Hominum verò quod à ſerpente ſeducti ſint, alia eſt à diabolis ratio, ut & ipſis om-

omnino vis eligẽdi boni non ſit ſublata, & in gratiam recipi poſsint. Hinc naturaliter noſtri conſervationem expetimus cum vel vera, vel falſa ſpe quodammodo ſuſtineamur, hinc phyſicæ ſtorgæ ſunt, nec facilè quis tam fero corde naſcitur quin aliquã boni ſpeciẽ præ ſe ferat. Sed tamen ut Deo placeamus, nihil ex nobis vel velle, vel efficere poſſumus: Hæc enim õnia cũ malum ſibi habeant adjunctum, Deo non ſunt accepta, quin ipſum potius offendant. Diaboli verò cùm deſperati ſint Dei hoſtes, quodvis malum niſi divinitùs cohiberentur, perpetrarent. Quamobrẽ cùm diabolorum peccatum, humano gravius extiterit, ipſorumq; ſubſtantia nec ſublata ſit, nec in aliam corrupta, cur id de noſtra fateremur.

Contraria unam ſubſtantiam conſtituere non poſſunt.

Deo placere non poſſumus.

Omnia quidem peccata Deum pariter offendunt unde æqualia Philoſophis eſſe dicuntur: Deus verò cum non peccatum ſolummodo, ſed ejus cauſam, modum, omnesq; circunſtantias intueatur, eum qui deceptus, quàm qui ſua ſponte malum facit; venia judicat eſſe digniorem.

Voluutatem ut omittamus an non intelligere poſſe mentium ſubſtantia eſt? Non ne ſubſtantiæ diaboli manſerunt intelligentes? Cur igitur mentem noſtram ita corruptam eſſe conceſſerim, ut nihil quod per ſe verum ſit intelligere queat? Amplius

plius etiam modo patebit.

NEC VOLVNTATEM PER ſe malam eſſe.

FAlſa eſt eorum conſequentia qui quod in nobis mali ſit ortus, atq; ex nobis non niſi malum velimus (malum id ſpiritualiter intelligitur quicquid Deus non excipit) voluntatem per ſe malum eſſe arguunt: Nos enim ex corpore & anima conſtituimur, ſed voluntas per ſe conſyderata ſimplex eſt animæ facultas, quæ ſine corpore intelligi, atq; conſiſtere poteſt, qua ratione bonum quid exiſtimanda eſt licet ob corporis affectus præ bono malum appræhendat.

Mali ſumus, ſubſtantiæ autem ſumus. Ergo malæ ſumus ſubſtantiæ, aut Anima Deo non placet, Ergo mala eſt. Conſequentia hoc exemplo falſa eſſe demonſtratur. Filius reprobus patri diſplicet non per ſe quod ejus ſit effectus, ſed ob peccatum. Præterea non quicquid Deo non placet malum ſimpliciter eſt, cum ob alicujus mali conjunctionem Deus etiam quod bonum eſt reijciat.

Præterea velle & malum vele diverſa ſunt, ut ſubſtantia una ambo eſſe nequeant, ſed alterum ſubſtantiam, hoc verò accidens eſſe oporteat. Nec eſt quod quis obijciat genus cum à differentia diverſum ſit,

unam

unam tamen cum ea ſpeciem conſtituere: Malum enim talis non eſt differentia ut ſpeciem conſtituere poſsit, cum ijſdem angelis bonum & malum attribuatur, ſed uni ſpeciei contrariæ differentiæ tribui nequeant, unde facilè animadvertitur eos qui malum ſubſtantiam eſſe dicunt quid malum ſit non intelligere.

QVAE SVMMA SIT INTELligentium *fœlicitas atq; miſeria.*

CVm anima Deo etiam à corpore ſeparata diſpliceat ipſi talis affectio (cum ipſamet ejus ſubſtantia mala non ſit) adſcribenda eſt, quæ ſine corpore conſiſtere poſsit, ut quæ modo ſcripſimus falſa eſſe videantur: Nam ſi malorum cauſa ſic intelligenda ſit, quaſi anima per ſe ſana exiſtens à corpore modò extrinſecus afficeretur, ne verum aſſequi poſsit, malumq; affectibus irretita corporeis, boni ſpecie apprahendat, Animas ſanè ſeparatas omnes quod hiſce liberæ ſint Deo placere conſequetur, quoniam ſublatis cauſis peccatum procedere nequit, pieq; ſibi quis mortem inferet, ut malum nitet, veriq; ſcientiam conſequatur. Ne nos ergo quis exiſtimet hujus eſſe ſententiæ planius animi ſenſa proferemus: Quanquam

ſine corpore naſceremur Deo diſplicere-mus, atq; malum operaremur, ſed quoniam corpori noſtræ conjungitur animæ, fit ut hinc etiam malam concipiant, quod multis conſpicuum eſt peccatis, quæ corporis cauſa committuntur. Vt autem eorum quæ ad corpus referi nequeunt (qualia ſunt Dei deſpectus, ejus majeſtatis expetitio, invidia, boniq; cujuslibet odium incompræhenſibile) peccatorum cauſas examinemus, à vera fœlicitate ſumma inquirenda eſt miſeria, quæ horum quidem primo, ſed illorum mediante corpore, cauſa proxima ſit. Conſpectus ergo Dei noſtra eſt ſuaviſsima voluptas, atq; perfectiſsima fœlicitas: Hæc non ſimplici veritatis cognitione, Deiq; notitia definitur, quod mediante invidia contriſtet potius quam delectet, ſed incompræhenſibili quodam ſplendore quo ſe Deus laudantes circumdat. Porro laus ea laudantis cum laudato conjunctione perficitur, ut nemo verè Deum laudare poſsit, veroq; ejus affici ſplendore, ſi ab eo ulla ratione ſejunctus ſit, quod ſolum infert peccatum. Hujus boni privatione miſeria definitur quam diaboli, homineſq; peccato nacti ſunt. Cùm itaq; à Deo ſeparati, ejus fœlicitate non afficiamur, fit ut nec ejus deſyderio teneamur, nec Deum lubenti laudemus animo,

Anima etiam ſine corpore peccare poſſet.

Contemplatio non eſt ipſa fœlicitas.

Iuſtitia perficitur contemplatio.

mę,cum laus noſtra nec ei accepta ſit, nec veros etiam fructus ipſa referat. Hec qui noverunt ſi mediatorem Chriſtum (quo Deo rurſum conjungimur) vera fide non appræhendant ſine ſpe ſunt,nec ullius boni amore tanguntur, quod quicquid modo aggrediantur nil eis proſperè ſuccedat. Noverunt diaboli, noverunt eis ſimiles in Spiritum Sanctum qui peccaverunt, noſcent ethnici cum judicabuntur. Deniq; hæc ut concludamus licet fide per Chriſtũ Deo conjungamur, verum tamen ſui conſpectum nobis ante judicij diem non concedit,quo fit ut nec ipſum perfectè laudare poſsimus,nec à peccatis abſtinere:Hæc tamen ab impiorum peccatis differunt,quod ex imbecillitate procedant, fideq; remittantur.

Cur laudis divinæ deſyderio non teneamur.

Cur Deo fide conjuncti nondum fælices ſimus.

[1] Variæ ſunt peccatorum cauſæ. Diaboli peccant & deſperati quia ſeu bonum ſeu malum agant Deo ſe diſplicere noverunt. Ethnici quod viæ ſalutis ignari ſint ſpem aliquam habent ideoq; bonnm faciunt,ſed falluntur id Deo placere putantes. Chriſtiani verò ſua ſciunt opera bona per fidem Deo grata fieri, peccant nec corporeis affectibus omnino, nec cæteris diaboli,mundiq; tentationibus reſiſtere valentes.

AN PECCATI SIT ALIqua neceſſitas.

DIabolos aliqui non poſſe non peccare, ſed malum facere neceſſariò, unde per ſe non per accidens ipſos eſſe malos exiſtimant, ſed quid dicant parū noverunt: Ipſos enim voluntariè velint nolint peccare concedent, quod actiones præter voluntatem admiſſæ nec laudi, nec vituperio cuiquam vertantur. At verò tollit voluntatem neceſsitas, nec ea volumus quæ facere cogimur, nec cogimur ſi velimus, voluntas enim libera eſt animæ vis. Fortè tamē velle malum diaboli coguntur, quod bonum facere nequeant. Sed abſona ſunt hæc cum nec voluntas (ut modò dictum eſt) cogi poſſit, nec diaboli bonū non facere nequeant, Poſſent enim ſi vellent, hanc ſiquidem potentiam ipſis Deus nequaquam ademerit, cum nec odio bonū proſequatur, nec malum exoptet, ut id faciendi neceſsitatem diabolis indiderit,

Omnia peccata voluntati ſunt adſcribenda.

Amiſiſſe forſan inquies non eis Deum ademiſſe. Verùm hanc boni faciendi potentiam vel accidens, vel ſubſtantiam fuiſſe intelligas: Si ſubſtantia fuit amitti nōn potuit, niſi Deus eam ſuſtulerit, cum ſeipſū nihil corrumpat. Si accidens fuit cur ei contrariam impotentiam, ut neceſſitatem inferas ſubſtantiam eſſe ſtatuis?

Nolunt autem bonum quod à Deo penitus expulſi, ejuſq; ſint hoſtes infenſiſſimi. Ipſos equidem poſſet Deus in nihilum redigere

digere, ſed ipſi nihil detrahunt, nec ipſe opera ſua cum bona ſint, hoc modo vult corrumpere. Sublata ergò neceſsitate cum liberè malum quidvis operetur, reſtat nihil quam ut omne malum accidens eſſe concludamus: Nam ſi ſubſtantia foret non fieret ſolum, ſed exiſteret etiam neceſſariò.

Cur in nihilum malos Deus non redigat.

Pij ſæpè præter voluntatem peccare videntur cũ metu mortis idolis honorem deferunt: Sed ſi verè hoc animadvertas non placere quidem ipſis hoc peccatum, velle tamen ipſos intelliges quod præ morte id ipſum elegerint.

ANIMAM NEC IMMINVTAM AVT *ſublatam, nec corruptam penitùs, aut ex parte, ſed in ſe illæſam eſſe.*

ET ſi hoc paſsim ſupra multis demonſtravimus, nunc tamen ex profeſſo rem unicuiq; ob oculos ponemus, ut appareat manifeſtiſsimè, malum de quo agimus nec animæ ſubſtantiam, nec ejus ullam eſſe partem: Licet enim animam virtutum & vitiorum, ſcientiarum atq; errorum ſubjectum & cauſam, corpusq; nec bonum eſſe, nec malum: ſed ſine culpa bene vel male agenti animæ, quæ ſibi à Deo conceſſa ſunt, ſubminiſtrare fateamur. Diverſo tamen modo utriuſq; contrarij cauſa eſt

Dublex eſt bonum. anima: Nam verùm intelligere, ut & quod bonum eſt appræhendere proprij ſunt ejus effectus per accidens verò quod malum eſt eligit, verumq; neſcit inveſtigare.

Bonum appræhendere non voluntatis quidem cum nullo propriè difiniatur, ſed totius animæ proprius eſt effectus : Adamus enim bonum ex ſe pro conceſſa ſibi à Deo ſubſtantia operabatur, malū verò extrinſecus aſſumpſit à cognita Dei majeſtate, invidia mediante. Licet autem bonum & malum contraria ſint, neutrumq; per ſe voluntati adſcribatur, alio tamen modo bonum, alio malum vult quod per ſe non mala, ſed bona ſit anima.

Talia namq;, ſi animæ per ſe attribueremus, non levis in Deum blaſphemiæ argueremur, quod mali per ſe cauſa ex his eſſe demōſtretur. Vt enim quod à Theologis aſſumitur cœlitùs immitti corporibus animas omittamus, Dei non alterius cujuſquam effectus Adami ſubſtantia fuit, nec ab alio pariter immutari potuit: Nam nec homo, nec angeli quicquam ſubſtantiale faciunt (ut ex eorū fine colligitur) ſed omnia ſuum unde prodeunt habēt interitum, cumq; Deus animas ſolus facere poſsit, poteſt quoq; corrumpere ſolus eaſdem.

Intelligentium finis eſt ut cognitum Deum celebrēt, non ſubſtantias generēt, aut corrumpant: Licet autem ab utroq; parente prodeamus, noſtri tamen natura, Deusq; ſunt opifices. Hec ſane queſtio

dubia

dubia eſt atq; difficilis, plurimaq; in adverſã partem adferri poſſent, quæ oblata occaſione diſcutiemus.

Deo itaq; quicquid in anima ſubſtantiale conſyderaveris adſcribendum eſt, cumq; pſam mediante nullo effecerit, eorum quæ ipſi per ſe inſunt, per accidens cauſa non eſt, ut omnia bona eſſe conſequatur. At ſi quis malum pœnæ non ſimpliciter tale quis eſſe dixerit, ut noſtri quidem malum, ſed ejus reſpectu (quod id juſtitia poſtulaverit) bonum exiſtat, breviter huic ita ſatis faciemus. Iure peccato pœna par eſſe cenſetur, ideo cum accidens Adami peccatum fuerit, nec in ejus ſubſtantiam agere, nec Deum ut ipſam corrumperet, movere potuit.

Solus Deus & natura poſſunt in ſubſtantias agere.

Accidens fuiſſe hinc apparet quod actionis voluntariæ fuerit effectus, eoq; non admiſſo Adamus eſſe potuerit. Accidentia autem in ſubſtantias non agere palam eſt quod earum non cauſæ, ſed effectus exiſtant.

Præterea cum ſubſtantiæ corruptio, vel ſimplex in nihilum, vel ſecundum quid in aliam ſubſtantiam mutatio ſit: Nec illo, quod ut puniretur ipſam ſupereſſe oportuerit: Nam quod non eſt nec bene, nec malè afficitur: nec hoc anima modo fuit immutata, quod inde aliud peccaſſe, aliudq; puniri cõſequeretur. At ſi partim ſublatã, aut in aliud mutatam, partimq; ſuperſti-

Id ipſum quod peccavit puniendum eſt.

tem manſiſſe aſſeras, præſtiterit omnino: Tantum enim tuo detrahes errori, quantò parte totum majus eſt: Sed hoc unicum conſyderes an hoc æquum ſit ob totius animæ peccatum partem ſolum puniri. Cùm itaq; contrariorum more fœlicitas, & miſeria ſubjectum idem habent, eundum Adamum qui fœlix erat, miſerum eſſe indicamus, ut in eodem peccatum, pœnaq; conſiſtant, nec alium ſi ſubſtantiam intueâris, admiſſo peccato fuiſſe quam prius erat: Nomen enim retinuit, nec ſi hominis formam ſeu partim ſeu penitùs amiſiſſet, homo poſtea verè dictus eſſet.

Idem Adamus fœlix fuit & miſer. Idẽ ergo poſt lapſum erat qui prius.

QVALIS ANTE LAPSVM *fuerit Adamus.*

VT autem clarius appareat quod modò propoſuimus, animam in ſeipſa integram manſiſſe, qualis Adami ante peccatum conſtitutio fuerit inquirendum eſt, an ita creatus à Deo ſit, ut in ſeipſo interitus ſui potentiam habuerit. Intellectum voluntas omnino præſupponit, nec vult quicquam quod rationis expers eſt, ut in mente non velle quidem ſimpliciter, cum utriuſque una ſit ſubſtantia, ſed boni vel mali electio conſiſtat: Finis enim cauſa quidvis expetitur, qui vel ſimplici notitia,

Intellectum voluntas præſupponit. Voluntas eſt animæ ſubſtantia.

vel rationis diſcurſu deſcribitur. Adamus itaq; quod voluntatem liberam habuerit, malumq; appræhendere, aut conſervare bonum potuerit, ſic à Deo factus fuiſſe videtur ut per ſe quidem velle, per accidens verò bonum vel malum expetere potuit: Neutrum enim ex his ipſi per ſe inerat, alliâs cum ſublata ſit boni electio, nil amplius poſtea voluiſſe diceretur, ſeu bonum ſeu malum intuearis, per ſe ſiquidem quod animæ attribuitur, ab ejus ſimplici eſſentia non differat. *Nec bonum, nec malum per ſe voluit Adamus.*

Bonum in Adamo dupliciter conſyderatur per ſe, vel per accidens: Illud ſubſtantia ejus eſt, dynamis nimirum ſeu facultas intelligendi quidvis, atq; bonum indefinitè, vel malum eligendi. Hoc verò ei aliunde accedit à ſplendore majeſtatis Divinæ, quem retinere merita laude vel invidia potuit amittere.

At ſi quis ante lapſum quidem nec bonum, nec malum cum libera voluntas eſſet Adami ſubſtantiam fuiſſe concedat, quod cum ſibi contrarium nihil ſuſcipiat, neutrum admittere potuiſſet, altero ſcilicet ſubjecti rationem habente: ſed nunc amiſſa libertate malum ipſum ſubſtantiam ita contraxiſſe, ut ei non amplius accidere dicendum ſit.

Suprà quidem bonum mali ſubjectum & cauſam eſſe diximus, Verum intelligere convenit, nō quodvis malum cuivis eſſe bono contrarium: ſed ei ſolum quo

quod ſub eodem genere compræhenditur. Malum itaq; quod in ſubſtantiæ prædicamento non contineatur, nulli quoq; ſubſtantiæ contrarium eſt, ut in ea bene conſiſtere poſſit. Boni verò electio malæ contraria eſt, ut hanc ſuſcipere nequeat.

Quod omnino malum eſt nil boni poteſt agere.

Huic conſyderandum proponemus an quod per ſe ac ſimpliciter malum eſt, boni quicquam producere poſsit, qua re nihil eſt abſurdius, ut ſi ſubſtantia noſtra eo quo ſtatuunt modo mala ſit, nihil omnino boni ſancto etiam juvante Spiritu poſsit efficere, niſi toties ipſam generari & corrumpi ſtatuamus, quoties in ea Spiritum operari vel quieſcere contigerit, quod ridiculum quoque fuerit. Licet autem bonum amiſerimus, rurſum tamen (bene ſperandum eſt) id conſequemur, ut ſi bonum in Adamo accidens fuerit, quod eo nihil ominus manente ſublatum ſit, eadem nobis malum ratione accidat, cum bonum derelictam ſedem ſit aliquando repetiturum. Porrò ſubjectum electionis ſeu bona ſeu mala ſit, intellectus eſt, nobis quidem varijs obfuſcatus tenebris, ut & verum, & falſum ipſi adſcribi poſsit, Adamo tamen purus fuit, atq; talis ut à veritate labi non potuerit, ejuſmodi ſiquidem ſubjectum libertas habuerit omnino, aliàs peccatum neceſſariò fuiſſet: Nam ſi mens firma non fuit, omnia fuerunt mobilia, nec in eodem ſtatu conſiſtere

Bonum quod amiſimus conſequemur.

Subjectum electionis eſt intellectus.

Conſiſtere nequit quod benè fundatum non eſt.

ſtere primi potuere parentes, cum lapſum rationis bonum nequaquam conſequatur. Ad hæc ſi mens ſic à Deo creata fuit, ut falli poſſet, opus imperfectum fuit. Eligendi quidem mali potentia, voluntatem liberã facit quæ ipſius eſt perfectio, ut eam ipſi Deus bono jure conceſſerit: Sed mens pura veritate perficitur, nec malum ipſi velle quicquam detrahit, cùm falſum ex inſcitia oriatur, diminuta videlicet aut impedita intelligendi facultate.

Falſum intellectus arguit imperfectionem, ſed malum voluntatis oſtendit libertatem. Fortè quis Adami mentem perfectam fuiſſe negabit, quod ſerpenti crediderit Deo ſe ſimilem eſſe futurum, ſi fructum arboris vitæ guſtaret: Sed malè colligi hoc inde patet, quod noverat eſſe prohibitum, nec opus erat ut ſciret Adamus, poſſet ne Deo ſimilis fieri vel non. In eo mentis perfectio conſiſtebat, ut Dei potentiam, non abſtruſam voluntatem cognoſceret, an ſcilicet Deus fructum prohibitum comedentes, ſimiles facere voluerit: Nam de voluntate non potentia hæc quæſtio movetur.

At ſi quis ante peccatum quidẽ firmam fuiſſe mentẽ aſſerat, ſed peccato ſic eſſe labefactatã ut in ſe conſyderata ſimplicẽ rei cujuſque veritatem aſſequi nequeat, ſed falſũ potius, quàm verum ex ſeipſa concludat: Sine potẽtia (Deum excipimus qui res abſq; propria ipſarũ potentia, variè pro arbitrio immu-

mens ut corrumperetur potẽtiam non habuit.

immutat,æq; nihilo perfectum quid efficit, hocq; viciſsim in illud redigere poteſt) nihil fieri poſſe reſpondebimus, mentemque ſi corrupta ſit, ejus ex innata promptitudine potentiam habuiſſe : Ipſam enim ſuo præter naturali,& incomprænhenſibili modo nequaquam immutavit, ſed malũ omne, ut & peccatum quod ipſum præceſsit, permiſit quidem non fecit, ſuumque quod habet homo malum ſibi cauſavit, ipſum ſiquidem Deus in manu ſui conſilij reliquiſſe dicatur. Cum ergo mali ſui noſtrorumque Adamus origo,efficiensq; cauſa fuerit,ſubſtantiamq; ſuam immutare non potuerit, accidens fuiſſe quod amiſit exiſtimamus,ut integer in ſeipſo conſyderatus admiſſo etiam peccato remanſerit.

Nil ſeipſum corrumpere poteſt.

Quod ſe immutare non potuerit patet, quia nihil inſeipſum agit, ſiq; ſeipſum in aliam transferre ſubſtantiam potuiſſet , idipſum nunc etiam poſſent impij,cum illud imperfectionem denotet , hi verò minus Adamo tales haud exiſtant. At hoc impiorem nulli poſſunt , aliàs ut pœnam vitarent ſeipſos corrumperent, formamque ſine ratione quæ pati non poſſet aſſumerẽt:Hoc enim potius fore docet Chriſtus,cum ait:Hunc unquam natum eſſe præſtitiſſet: Docent& hoc qui mortem ſibiipſis inferunt,ſed falluntur: Nam ſubſtantia eorum manet integra.

AN

AN SIT ALIQVA MALI *Predeſtinatio.*

PEccatis neceſsitatem videtur inferre prædeſtinatio: Cum enim ſua Deus falli nequeat prævifione, videntur ea quæ præviderit eſſe futura, fieri debuiſſe neceſſariò. Verum iſta ſi quis intueatur diligentius aliter ſe habent. Ratione ſiquidem prævifio ſit rebus prævifis poſterior, etſi tempore, quod nomen indicat, ipſa præceſsit: Non enim res fiunt quod ſint prævifæ, ſed quia futuræ ſunt prævidentur.

Deus ſua nullo modo fallitur prævifione.

Eadem eſt intellectus ratio: Non enim res quæ ſingulariter exiſtunt cauſam habent intellectum ut exiſtant, ſed ipſæ potius intelligětiæ cauſa ſunt: Eas ſiquidem conſequatur intellectus: Intelliguntur enim quod exiſtant non exiſtunt quod intelligantur: Sic ſunt res prævifæ cauſa prævifionis.

Porrò neceſsitatem rebus inferre non poſſe prævifionem, clarum fit indè, quod eas nulla ratione, vel juvet, vel impediat, quemadmodum nil intelligendo ſubſiſtere poſſe videmus, quod animadverterunt etiam Philoſophi, nil agere ſcientiam dum ſtatuerunt. Licet ergo quæ prævifa ſunt certò vel facta vel futura ſint, eadem tamen ſi per ſe conſyderetur, aliter fieri vel non fieri potuerunt: Hoc enim niſi ſtatuatur, cũ prævifa ſint omnia Divinitùs, omnia fieri con-

Prævifio nil operatur.

Quicquid fit à Deo prævifum eſt.

conſequeretur neceſſariò, ſicq; foret in intelligentibus nulla voluntatis ratio, nil liberè vel voluntariò fieri poſſe conſequeretur. Hæc ut melius intelligantur, ea quæ fiunt ſciendum eſt, vel voluntate fieri mediante, vel naturaliter. Hæc neceſſariò fiunt non ſimpliciter quidē, ſed ſecundùm quid: Lapis enim deorſum in infinitum uſq; neceſſariò ferretur, niſi violenter extrinſecus impediretur, vela miſſa paulatim ſubſtantia gravitate deſtitueretur. Quæ coactè fiunt, etiam mediante fiunt voluntate: Licet enim præter voluntatem talia dicamur agere, cum electio tamen ea præceſſerit, quodammodo voluntati ſunt tribuenda, quæ violenter impelli videtur, ut quæ ſibi contraria ſunt appræhendat: Sic qui lucro moventur ut malum perpetrent, falſa ratione voluntatem ad id impellunt: Nam ſi nollunt non perpetrarent, volunt tamen aliquomodo, quod malum eſſe noverint: Duo ſunt igitur in talibus inſpicienda, quæ contrarias efficiunt intentiones, quod per ſe malum eſt, & quod boni ſpeciem præbet, hujus cauſâ quod etiam volumus volentes facimus: Sic qui flagris impelluntur, metu perterrentur, eadem ratione volentes agunt, quod metu majoris mali talia quæ nollent aliâs, eligant. Sic ignorantia vitium eſt non ipſam tollens

Duæ ſunt eorum quæ fiunt cauſæ voluntas & natura.

lens voluntatem. Violentus autem motus vel naturaliter procedit, vel ab eo qui movet voluntariè: Nam ſi manu mihi præhenſa, violenter aliquem percuſſeris, mei ratione naturaliter: (non enim manu mea ſecus uteris atq; baculo) Tui verò res facta dicetur eſſe voluntariè.

Motus violentus eſt naturalis.

Cùm itaq; neceſsitas hæc aliter ſe habere poſsit, cur non eadem voluntarijs attribueretur contingentia? Quæ voluntariè fiunt præcedente fiunt electione, quæ ſi neceſſaria foret, electio non diceretur: Eliguntur enim ea quæ potuiſſent omitti. Verum prævifio non ipſam oſtendit electiònem, ſed quod electum eſt, quod certò quidem fit, voluntariè tamen: Prius enim voluntate conſentiente fuit electum. Eadem eſt ratio pollicitationis, quod ea quæ promiſimus, quadam juris neceſsitate, non repugnante tamen voluntate præſtemus: Sic Deus cùm mundum facere ſtatuiſſet, neceſſariò. (Non quod ei vis fuerit extrinſecus illata), voluntariè tamen decretum adimplevit. Ala quidem ratio prædeſtinationis eſſe videtur, ſi tamen neceſſariò fiant quæ prædeſtinata ſunt, non quæcunq; prævifa ſunt fatebimur eſſe prædeſtinata: Credimus enim ab Adamo peccatum fuiſſe liberrimè, quod præter alias rationes, quibus Philoſophicè Deum mali cauſã non

Voluntariè quidvis eligitur.

Ius cogit promittentes.

Aliud eſt à prævifione prædeſtinatio.

Digitized by Google

eſſe demonſtratur, ſacris etiã confirmatur literis,dum hominem dicitur Deus in manu ſui cõſilij reliquiſſe, quo libera conſpicitur electio. Peccatum aliqui credunt à Deo præordinatum, ſeu ab æterno decretum fuiſſe, quo ſtatuunt neceſsitatem Adamo vel innatam fuiſſe, vel à Deo illatam extrinſecus, vt non peccare non potuerit, cuius iudicij ſeveritatem ſequente gratia temperant: Quaſi verò malum cauſa boni fecerit, vel ſi primum ipſi peccatum ſit adſcribendum, plus ei noſtra redemptio gloriæ attulerit, quã illud ignominiæ: Dãnavit infinitos vt aliquorum miſereretur. Ad hæc videretur Deus quodammado nos redemiſſe neceſſariò, ne primi peccati cauſa damnari poſſet injuſtitiæ. Nõ nego quin ſevera primi peccati iuſtitia Deo laudum pepererit, vi tamẽ volens Adamus peccaverit, iniquè conſequitur ipſum & nos eſſe punitos, quod vt effugiamus, ſic à Deo credimus Adamum fuiſſe creatum, vt in veritate perſiſtere potuerit, nec ei vel in intellectu, vel in voluntate neceſsitatem innatam fuiſſe, vel à Deo quovis modo fuiſſe propulſum, ut peccatum id committeret. Serpentis fraudem admittimus, vt omnis peccati cauſa, ſit in hanc & hominem ſolum transferenda. Quod ad ejus vero peccati pœnas attinet, dubius ſanè ſum

An gratiæ cauſa Deus peccatũ promoverit.

Quomodo peccati pœna Deo laudẽ pariat.

ſum quid proferre debeam : Eas ſiquidem quod juſtæ ſint, Deus prædeſtinaſſe videatur. Hoc veritati tamen, vt & pietati magis mihi videtur eſſe conſentaneum, ſi ſtatuamus primos parentes, vt nullo Dei peccarunt impulſu, ſic proprio peccato nil ad id adjuvante Deo, mortem poſteris peperiſſe. Videtur enim peccatum id fuiſſe ſufficiens, ut has poſteris pœnas inferret, nec eſt ut eandem ejus rationem fuiſſe quis exiſtimet, quæ prætoris eſt & ejus qui peccaverit. Ipſo ſiquidem peccato ſuam cum Deo conjunctionem diſſolverit Adamus, quæ noſtra nunc eſt infœlicitas. Si tamen peccatum pœna conſequuta fuerit, quod hiſtoriæ verbis exprimitur, dum dicitur Deus è paradyſo primos ubi peccaſſent expuliſſe parentes, hæc noſtra non poterit ſententia conſiſtere. Judicamus enim Adamum ſeipſum peccando puniviſſe : Fortè tamen aliter hiſtoria poſsit intelligi, quod plurima ſcripta ſint modo quem intelligere poſsint imperitiores. Sed Theologis hæc vlterius diſcutienda relinquimus, nec iſta ſi ſacris repugnent volumus eſſe ſcripta Theologicè.

An peccati pœnas Deus prædeſtinaverit.

Ipſemet Adamus cauſa eſt mortis efficiens.

QVO NOBIS MODO BONVM *amiſſum reſtituetur.*

VEra ſpe vitæ melioris alimur, firmaq; ſide per Chriſtum peccata nobis remiſſa iri credimus, perfectāque primæ creationis dignitatem nos eſſe nacturos: ſed ut de corruptionē naturali ambigitur, ſic dubia quoque eſt de reſtitutionis modo controverſia: Nam qui animam per ſe corruptam eſſe cenſent, regenerationem aſſumunt. Qui malum originis accidens eſſe ſtatuunt, ſubſtantialem animæ renovationem negant, quorum vera eſt, ſi rectè intelligatur ſententia: Nam ſi regenerationē admittas, novasq; Deum pijs poſt hanc vitam animas creaturum eſſe concedas, non ijdem qui peccavimus, fœlicitatis erimus participes, quæ regenerationes abſurditas, noſtrā non parum ſententiam confirmat: Nam ſi anima vel diminuta ſit, vel per ſe corrupta, in aliamq; mutata ſubſtantiam, quæ mali ſit, errorumque cauſa, ut à mente falſitas, & voluntate mali deſyderium tollatur, ſubſtantiam ipſam iterum corrumpere oportēbit, ut alia inde generetur, cum per ſe mala ſubſtantia bonum vel operari, vel etiam inſpicere, nequeat, quod ſi verum ſit non nos, ſed qui ex nobis orientur, nosque ſequentur eius fœlicitatis, quā ſperamus fiēt participes. Hæc eſt pia noſtrorum Theologorum doctrina, hæc eſt quam verbis quidem aſſerunt, ſed reipſa negant animæ

Non eſſe ſperandā animarum regenerationem.

An ijdem qui vivimus fœlices ſimus futuri.

animæ immortalitas. Verum his omiſſis ſententiam noſtram paucis exponemus. Omne bonum à Deo eſt, eiusque conſpectus (ut ſuprâ diximus) vera eſt fœlitas, quam peccans Adamus amiſit, dum diſſoluto veritatis vinculo à Deo ſeparatus eſt, vt privatio ejus boni noſtra ſit miſeria. Bonum verò id amiſſū ut recuperemus, Deo nos coniungi oportet, quod fieri nequit niſi perfectè juſtificemur: Nam nihil Deus imperfectum excipit perfectiſsimus exiſtens. Id autem opera noſtra præſtare non poſsunt, cum ſemper aliquid mali mixtum habeant, noſtraq; voluntas admiſsis jam peccatis contaminata, aut etiam ob parentum lapſum reprobata ſit, ut nihil perfectè bonum efficiat. Chriſtus itaque legē perfectiſsimè adimplevit, ne tantillum unquam mali admittens, ut Deo per omnia placuerit, quo nomine nulla fuit pœna dignus, liberè tamen pati voluit, ut quemadmodum per Adamum ſeiuncti eramus, per ſuum ita meritum rurſus ipſi conjungeremur. Quamobrem meritum hoc vera fide appræhendentes Deo conjungimur electi, vereque poſt hanc vitam Deum à facie ad faciem conſpiciemus. Nec eſt quod ſubſtantiæ mutationem quis introducat, cum Dei amplexus noſtræ ſit reſtitutio fœlicitatis, velut prodigi filij

Iuſtitia perfecta Deo recōciliamur.

Lex à Chriſto debuit adimpleri.

Anima ſine ſui corruptione vel generatione peccatis expurgatur.

parabola demonſtrat, qui à patre ſuo eſt in gratiam receptus.

QVOMODO INSCIENTES *naſcamur.*

Sit ne mens noſtra tabulæ raſæ conferenda.

QVam ſupra multis confirmavimus argumentis, non ſimplicibus ſolum Theologis, & Philoſophis, & experientiæ communi, ſententia noſtra repugnare videtur: Cum enim luce meridiana clarius ſit, nos ſine ullius rei notitia naſci, poſſunt ea nequaquam ferri, quæ menti noſtri adſcripſimus, ipſi per ſe integræ exiſtenti, occultam rerum omnium ſcientiam attribuentes, quod ipſe Ariſtoteles, ethnicus tamen exiſtens, nec originis mali gnarus, ceu falſum rejecit, dum mentem noſtram tabulæ raſæ contulit, quæ nil in ſe continens, poſt aliqua, pictoris manu decorata ſit effigie, nilq; in intellectu eſſe demonſtravit, quin prius in ſenſu fuerit, ut à rebus externis non mente noſtra ſcientiæ prodire videantur. Ariſtoteli veritas fuit Platone charior, & nobis eadem Ariſtotelis authoritate debet eſſe acceptior. Rem itaq; probè conſyderes, Ariſtotelemq; non parū à ſcopo veritatis aberraſſe videbis: Mens enim nullo modo tabulæ pictoriæ debet aſſimilari,

milaris cum corporea non ſit, aut ſubjectum merè paſsivum, cui velut ceræ ſigillum, rerum notitiæ poſsint imprimi, nec in ea tanquam locello quæ intelligit continentur, ut ſint ceu theſaurus arcula concluſus, ſed ea menti tribuenda ſunt, quæ ipſa intelligendo poteſt aſſequi, ſola ſiquidem facultate definiatur, non habilitate aliquid recipiendi: Non enim ut ſenſus, intelligere paſsio eſt, ſed actio qua mens rerum notitias appræhendit, nec ab eis afficitur, velut à coloribus oculi, vel anima doloribus, cũ *noeémata* non ut ſenſiles qualitates in rebus ſint intellectis, ſed mentis effectus exiſtãt à quibus affici non poteſt, niſi fortè idem in ſeipſum agat, quod ut vitaret Ariſtoteles, intellectum agentem alium fecit, alium patientem, ſed nullo modo toleranda hæc eſt diſtinctio, mens ſiquidem eſſentia ſimpliciſsima ſit, partibus indiviſa, ut non una pati, aliaq; agere dici poſsit.

Quomodo ſit menti quod ſcitur adſcribendum.

Intellectus notiones non ſunt in intellectis, ut ſunt in viſis eorũ colores.

AN SIT INTELLE-*ctus patiens.*

HAbitus animi Ariſtotelem, & cæteros moverunt ut exiſtimarent alium eſſe patientem intellectum & alium agentẽ: Cùm enim dicantur in mente conſiſtere, diverſum judicarunt id quod eos

Aliud eſt quod habitus ſuſtinet, ab eo quod ipſos effecit.

ſuſtinet, ab eo quod illos effecerit, & ſanè res non abſurda videtur, habitus ſiquidem ab ipſis differant actionibus, ipſaq; earum effectrice cauſa: Nam actiones ante habitus fuerunt, cum hi qualitates exiſtant, quas intellectus aut voluntas multis acquiſivit actionibus.

Si agenti adſeriberentur ejus eſſent actiones: Nam nec quies, nec quod quietem refert ei adſcribitur, cum paſſionem ſubindicet. Habitus autem nobis etiam adſunt dormientibus, vt ineſſe potius quam fieri dicantur.

Habitus eſſe corpori tribuendos.

Verè tamen rem ſi quis intueatur, nil habitus aliud ſunt, quam acquiſita quædam vel intelligendi, vel alicujus expetẽdi promptitudo, non animæ, ſed corpori adſcribenda, cum per ſe anima nec impediatur, nec aptior fieri poſſit, ad exercendas actiones, ſed quoniam corpore ceu inſtrumento vtitur, fit ut ejus reſpectu vel habiliores, vel ineptiores ad aliquid efficiendum ſimus. Quod cum ita ſit, mensq; vel quieſcat omnino, vel cerebri gravata intẽperie difficilius intelligat, eidem diſpoſitiones, & habitus adſcribẽdi ſunt, ſecundum quos mens, hoc aut illo modo ſuum finem aſſequitur. Duo ſiquidem in iis qualitatibus conſyderentur, actiones quæ mentis ſunt, & earum differentia, quæ à corpore procedit, ut quis alio quicquam gravius o-

pere-

peretur. Si hæc igitur actionum difficultas à corpore eſt, in de quoq; ipſarum promptitudo procedet, impedi mentie ſcilicet earum ſublatis, cum ejuſdem ſint res & ejus privatio.

Actiones habituum definitionem ingrediuntur, cum tamen earum qualitatum accidentia ſint: Sed quoniam uſus finem, hicq; propriam rei ſubſtantiam demonſtrat, habitus rectè ut cæterea inſtrumenta fine ſuo definiuntur. Quamobrem cum actiones mentis vel voluntatis, (unde etiam nomen habent) habituum definitiones conſtituant, non corporiſolum, ſed animæ quoq; videntur eſſe adſcribendi. Vt itaq; Ariſtotelē nobis breviter conciliemus eundem intellectum & agentem eſſe dicimus, & patientem: Per ſe quidem actionum cauſa eſt, nec pati, nec impediri dicitur, ſed reſpectu ejus cui conjungitur corpori patitur, atq; impeditur quò minus probè poſſit intelligere. Hæc habitus accidentis ratione non menti, ſed corpori primò poſſunt attribui, veluti vice verſa menti primò actiones, ſed corpori ſecundariò adſcribuntur. Eadem voluntatis eſt ratio.

Deniq; cum à mente prodeant actiones, aliunde quietem advenire judicamus, nihil ſiquidem ſeipſum impediat. (Hoc enim agere eſt aliquid) ex quo actiones vel tolli, vel depravari contingit.

Infra hæc clarius demonſtrabuntur, ubi diverſa ratione motus, & quies rebus abſcribentur.

Licet autem ſine ſenſibus nemo doctus

Digitized by Google

evadere poſsit, vt res externæ noſtrarum cauſæ ſcientiarum eſſe videantur. Nequaquam tamen ideo quibus intelligimus, alij quam menti actiones attribuemus: Sed hæc vt clariora fiant jucundiſsimam quæſtionem diſcutiemus.

AN SIT SCIRE NOſtrum, reminiſci.

FOrtè quis mentem quidvis intelligendi potentiam habere cenſuerit, veluti quoslibet in tenebris poſſunt oculi videre colores, vt omnia quidem intelligere poſſit, ſed non prius quam ipſi commode offerantur, quod externis, & internis ſenſibus, ipſaq; perficitur cogitatione. Hoc quidem veriſimile fuerit; ſed inter viſum, & intellectum diſcrimen facilè poteſt animadverti: Nam judicium à viſu ſeparari poteſt, ab intellectu non poteſt. Quemadmodum itaq; artifex & ignarus opera diverſimodè probant, ſic & mentem niſi perfectiſsimam rerum notitiam habeat, bene quidvis intelligere non poſſe ſtatuimus: Nam quæ indies menti varia objiciuntur, ipſa quidẽ contemplari poteſt, non intelligere, niſi omnia quæ objectis quodammodo ſimilia ſunt noverit.

Quomodo conveniant, & inter ſe differant videre & intelligere.

Iudicium hoc quod prodit è perfecta (vt verum ſit)

ſit)rerum notitia,facit ut intelligere poſſimus,quod intellectui objectum contemplamur : Licet enim lapidem deorſum ferri ſciamus , id tamen intelligere non poſſumus , niſi cauſam ejus gravitatem noverimus.

Sic prudentem â vulgari differre videmus, ut hic quidem de rebus in quæſtionè motis aliquomodo ſed difficulter judicare poſsit, ille verò ex tempore quidvis optimè diſcernat, cum talia ſimplicisſime noverit , ut multis non egeat diſcurſibus,qui ipſum fallere poſsint.Mentem ergo ſi per ſe conſyderetur, quidvis perſectiſsimè ſtatuimus intelligere poſſe , quod ſine ſimplici ejus cognitione fieri nequit, cum verò cogitationes noſtræ ſenſibus ad ſingularia pertrahantur, mentisque cantemplatio cerebri gravetur intemperie , terrenisq; impediatur cogitationibus; fit ut vim ſuam probè demonſtrare nequeat , ſed ignara veritatis , in rebus ponderandis paulò difficilioribus,eſſe videatur. Licet autem extrinſecus intelligenda nobis objiciantur, vim tamen ea intelligendi,quæ ſimplici cognitione definitur, menti per ſe attribuimus, nec nos movet quod exercitio per ſenſus edoceamur,habitusque acquiramus:His enim mẽs per ſe non mutatur, alliàs qui doctiores ſunt magis homines eſſent, ſubſtãtiã videlicet habẽtes nobiliorẽ, ſed excita-

Cur mens non intelligat perfectè.

Exercitium mentẽ non immutat.

tur

tur, & ſuis ſolummodo liberatur impedimentis, ut quod quæritur facilius poſsit inveſtigare, non ſecus ac obductus ærugine culter, etſi acutiſsimus eſt, non prius probè quid ſecat, quam ea deterſus fuerit. Quamobrem ſi mentem per ſe conſyderes, ipſi omnia priuſquam edoceatur, longe perfectius adſcribenda ſunt.

Multi hac ratione ſapientes ſunt, dum ſtulteſcunt occultate parcentes ſapientiæ.

Id ipſum enim Ariſtotelis & reliquorum ſententia conſtat, mentem ſiquidem corpore ſolutam perfectiſsimè quidvis intelligere ſentiant, quod tamen à ſenſibus nequaqam edocta eſt, ut probè Plato ſcire noſtrum reminiſci vocaverit: Duxit enim cœlitùs immitti corporibus animas, materiaq; obrutas, ceu flumini lethæo immerſas omniom obliviſci, ut vix tandem ope docentium, ſenſuumq; externorum, & experientia quotidiana, minutiſsimi cujuſdam, quod prius optimè noverant, recordari poſsint. Sententia quidem ſi quis eam in meliorum partē interpretur, non adeò (licet ab Ariſtotele fortiter impugnetur) abſurda eſt, menti ſiquidem ſcientiarum origo ſit adſcribenda, non neſcio quibus phantaſmatis, & inductionibus; Hæc enim via eſt, qua mens externa conſyderat, vt ijs

Mens eſt cauſa ſcientiarum.

ceu

ceu ſignis admoneatur ſimplicis rerum ſubſtantiæ, aut ſcientias conſtruat, quibus ſuum ſcire (quantum quidem naturâ evincere poteſt) ſimplicisſimum demonſtret: Nobis enim mens quia cerebri humiditate ceu luto circumducitur, naſcentibus immota iacet, primumque viſui, cæterisq; ſenſibus res individuæ proponuntur, ut hæc prius omnia conſyderentur, quàm noſtra mens excitetur.

Hoc ipſum medicina ſuis confirmat rationibus, communique patet experientia dum corpore qui duro ſunt, difficilius intelligunt: Non paucis etiam conuincitur hiſtorijs, quibus morbo multos omnium quæ prius improbo labore didicerant, oblitos eſſe conſtat.

Sed noſtram breviter ſententiam proponamus: Mens omnis ſcientiæ (quod Deus ſciri non vult excipimus) origo eſt, vis, & facultas optime quidvis intelligendi, quæ nec minui, nec augeri poteſt, quin ipſa ſubſtantia corrumpatur. Rationes autem, earumq; diſcurſus (ut iam dictum eſt) via, methodusq; ſunt, quibus ſuum ſcire mens expromit, ut ſcieutiæ ſi compoſitionem ex forma & materia conſyderes, mentis reminiſcentia dici nequeant: Ejuſmodi ſiquidem ſcire menti per ſe non attribuetur, ut corpore nondum obducta antè multa ſecula talia ſciverit: Sed ſi ſcientiarum ſinum abſolu-

Mens noſtra non prius ſcit quam didicerit.

abſolutiſsimum,ſcire ſimplex intuearis, id latere diu, tandemq; in medium produci ſtatuimus. Vera quidem reminiſcentia non eſt, cum nunquam nobis mens non impedita fuerit, ſimile tamen quid exiſtit, quoniam quæ occultata fuerant, menti deteguntur.

NVM MENS IN SEIPSA POtentiam habeat quidvis intelligendi, an vero ipſam aliunde nanciſcatur.

SVnt qui Deum mente ſalva, & per ſe nullatenus immutata, ſimplices rerum notitias nobis & tollere,rurſumq; tradere poſſe ſtatuunt: Sed cum ſine his nec probè mens intelligere, nec veritatem aſſequi poſsit, potentia verò hæc ejus ſit ſubſtantia, id admittendum nequaquam fuerit, quod & hac ratione fiet evidentius. Duplex eſt omnino rerum quæ à Deo dependent potentia: Nam actionis eſt alia quæ rei etiam nomen dat, quoniam per accidens actio ſaltem impeditur,ut cùm ob nimiam triſtitiam ridere nequeas, potentiã in te nihilominus habes, qua riſibile animal diceris. Alia eſt paſsionis qua res non eſſe,ſed fieri dicuntur, quæ duplici modo intelligitur:Aut enim in ipſo eſt quod immutari poteſt,aut extra rẽ ipſam, ſed in eo unde

Duplex eſt potentia.

unde res dependet,ut cum truncũ hominẽ fieri poſſe dicimus,quod ſaltem à Deo non mediante natura fieri poteſt. Qua res itaq; pati vel fieri non eſſe dicuntur, potentia nomen non impertit,ut menti nondum intelligenti non ſit adſcribenda, aliàs non bruta ſolum,ſed & quæcunq; ſunt omnia intelligere poſſe, mentesq; eſſe dicerentur.Primò igitur modo mentem etiam infantium omnia intelligere poſſe dicimus,ut ipſa primus actus exiſtens, morbo naturali ſeu originali impediatur, quominus perfectè ſuas poſsit exerere vires,quẽadmodum vel mutus,vel balbutiens,vel qui regionis in qua eſt ſermonem non novit, animi ſui ſenſa,vel ineptè vel õnino efferre nequit. Quo exẽplo noſtræ mentis imbecillitas detegitur,peccatiq; pœna, miſeria non levis.: Quid hoc enim poſſe juvat, ſi non ad actum redigatur? Primi autem parentes ante lapſum quidvis optimè ſemper intelligebant, aut ipſorum menti res omnes intelligendi potentia inerat, ut nobis loquela qui cum lubet loqui poſſumus: Nobis verò nunc ut muto vel pueris recens natis loquendi proprium ineſt, quibus hoc quod ſubſtantialis animæ facultas ſit, detrahi non poteſt.

Paſſionis potentia rei nomen non impertit.

Vt mutus loqui poteſt,ſic nos poſſumus perfectè.

QVOD

Digitized by Google

QVOD SIT INTER DIFFErentiam & proprium diſcrimen.

QVo nomine hic dialecticos mirari convenit, qui hoc inter differentiam & proprium diſcrimen faciunt, ut differentia de ſpecie in qualitate ſubſtantiali, proprium verò accidentali prædicetur: Sic enim hoc ab accidente non differret. Brevibus autem celeberrimus noſtri temporis & acutiſsimus Philoſophiæ doctor, præceptorq; noſter longè colendiſsimus D. Jacobus Scheckius in ſuis demonſtrationum libris apertè diſcrimen expoſuit, differentiam dicens unam, ſpeciem conſtituere, cujus tamen multa poſsint eſſe propria. His enim etiam differimus ſi cum cæteris quibus ea negantur ipſa conferas: Etſi verò ſermone à brutis differimus, non tamen, quod perfectum inter utramq; ſpeciem diſcrimen non oſtendat, vera eſt differentia, ſed ratio quæ omnia quibus à cæteris differimus, continet.

Vnius ſunt multa propria differentiæ.

Denique ſic inter ſe differentia, & proprium conveniunt, à ſeq; invicem diſtant, ut vice verſa, reſpectu tamen diverſo differentia & proprium, utrumq; dici poſsit, ſi nimirum vel per ſe in ſuo ſubjecto conſyderentur, vel cum alia ſpecie conferantur. Obiter hæc notanda eſſe duxi, ut inde quæ ſit

Differentia reſpectum præſupponit alterius.

ſit ea mentis qua quidvis intelligere poteſt cum pauciſſima tamen appræhendat, vis & facultas cognoſceretur: Mutum enim licet omnino nequeat, loqui poſſe dicimus, aliàs homo non foret, quæ difficultas non parum eos torquet, qui differentiam ſubſtantialem facultatem eſſe dicunt, proprium verò habilitatem quandam, qua mediante, facultas ea poſsit operari, ſecundum quam à nobis dicta intelligi nolumus, quod ea homo non definiatur, aliàs qui ratione nondum noverunt uti, homines non forent, aut qui cæteris vel doctiores, vel ſapientiores ſunt magis homines eſſent dicendi. Quamobrem non eſt animæ vis eius actionibus metienda, quaſi mens ea tantum intelligere poſsit, quæ revera intelligit, & ratione aſſequitur: Longè ſiquidem maiora, imò cum quibus omnium Philoſophorum ſubtiliſsima quæque inventa conferri nequeant, mens in ſeipſa contineat, quæ vel Spiritus Sancti auxilio, vel exercitio paulatim in lucē prodeunt, tandemq; prorſus in altero ſeculo patebunt, quæ res velut exempli loco propoſita, nobis argumento eſſe poteſt, ea quæ nullus hominum (primos parentes & Chriſtum excipimus) unquam ratione aſſequutus eſt, menti etiam ineſſe, quemadmodum pueris & infantibus, ea quæ ſcimus intel-

Mutus loqui poteſt quod homo ſit.

Mens multas in ſe ſcientias habet abſconditas.

I ligendi

ligendi potentiam ineſſe dicimus: Cum enim qui ſe inPhiloſophia exercuerunt aliquandiu, intellectu talia percipiant, quæ indoctis ratione percipi non poſſe videbantur, ſingulisq; diebus aliquid quod prius ignotum fuerat addiſcamus, quid quæſo prohibet quin idem quoq; de occultis aſſeramus? Omnino ſanè menti adſcribenda ſunt quæcunq; Deus hominem ſcire voluit: Nam hominis ſcire, & poſſe Dei ſubſtantia eſt: Homninem itaq; ſcientem creavit, cumq; perfectum id opus effecerit, nihil quod ſuam modo majeſtatem non attingeret, ei denegavit, adeò ut eum ad ſui ſimilitudinem effingerit, eumq; ceu exemplar, & ſpeculum potentiæ ſuæ, operibus à ſe factis præfecerit.

Deus cum perfectiſſimus ſit, ut perfectiſſimè laudetur, vult quoq; cognoſci perfectiſſimè.

PHILOSOPHIAM THEOLOGIÆ, *ipſiusq; ſalutis eſſe fundamentum, ipſiq; nulla ex parte contradicere.*

VIdebor proculdubio quam plurimis, qui titulotenùs hoc percurrens opuſculum, negare quæ meridiana luce clariora ſunt, & manifeſtiſsimè falſa legentibus obtrudere. Vnanimi namq; conſenſu quotquot ſunt, vel etiam fuerunt inter Chriſtianos Philoſophi, Theologiæ in pluꝛimis philoſophiam adverſari concedunt, ut

ut & abſurdum, & impium videri poſsit, quod hic demonſtraturi proponimus, gratiam divinasq; omnes, quæ nobis ſunt in ſacris literis oblatæ, promiſsiones, in humano intellectu conſiſtere: Cum enim ſoli Spiritus Sancti revelationi gratiam ſacræ literæ paſsim abſcribant, & Philoſophiam reijciant, his me quaſi repugnantem, novæ hæreſeoos authorē eſſe non pauci calumniabuntur, hæcq; tanquam noxia reijcient omnino, nec quibus ego nitar rationes examinare dignabuntur. Verum non hiſce ſcripta ſunt hæc, ſed eis qui placidè veritatem in omnibus ſectantur, nec facilè falſi ſpecie terrentur: Non enim ſubitò falſa ſunt, quæ talia eſſe videntur. Quamobrem hiſce præmiſsis rem aggrediemur, ne longa præfatione lector potius, quam ſimilitudine falſi terreatur.

Philoſophiam itaq; (ne quis nos Ariſtotelis errores gratiæ ſubijcere putet) inſeparabilem mentis intelligendi vim nominamus, negatàm nemini, qua Deum atq; ſeipſum quivis cognoſcere poteſt, in quo gratiæ fides appræhenſio fundata conſiſtit.

Multi nos inconſtantiæ accuſabunt quod ſæpius dictis contraria ſæpe proponamus: Cùm enim ſupra conceſſerimus nos parum, vel nihil intelligere poſſe, propriamq; palam ſit Ethnicos ignorare miſeriã: Nunc hominē quemvis, atq; ſeipſum cognoſcendi

relativà, Chriſti paſsionem præſupponens, qua perficitur, ut ſperata conſequi poſsit, aliâs credere, vel ſperare (quæ mentis noſtræ ſunt effectus) nullius eſſent efficaciæ. *Credere nō per ſe ſalvat, ſed cauſa meriti Chriſti.*

AN FIDES HABITVS *ſit infuſus.*

QVæ facile poſsit ab omnibus animadverti, habituum naturam non obijciemus, ex multis ſcilicet eſſe qualitates acquiſitas actionibus, propria vel mentis vi, vel voluntatis, vel etiam corporis: hoc enim vocabulum infuſionis refutat evidentiſsimè: ſed fidem per ſe quid modo ſit examinabimus. *Quid ſit fides.* Appræhenſionem Chriſti meriti, non ejus appræhendendi vim eſſe diximus, quod & hac ratione patebit, Paulus dum Chriſtianos perſequeretur infidelis exiſtens, Chriſtianus (adjuvante tamen Spiritu Sancto) fieri poterat, quod idem eſt ac ſi dicas, vim habuiſſe, ut aliquando Chriſti paſsionem ceu redemptionis ſymbolum appræhendere poſset. At ſi non futurum, ſed præſens tempus urgeas, quo modo tacentes loqui poſsumus, puerosq; obijcias, atq; dormientes cùm non credunt fidem habere, Deoq; placere, hoc quidē ſed non illud conceſſerimus: Fides enim à corde regenerato diſtinguenda

 eſt,

eſt, veluti nec idem cauſæ ſunt, & effe-ctus: Sed ſi eodem nomine velis utrumq; complecti non refragabor, utriusq; diffe-rentiam modo retineas: Neq; tamen ob id habitum eſſe conſequitur, vim ſiquidem credendi, ut & intelligendi, ſubſtantiam mentis eſſe conſtet, non accidens aliquod vel infuſum, vel acquiſitū. Sin obijcias ul-terius non credere ſimpliciter fidem voca-ri, cum & diaboli Deo credant, ipſum ve-racem eſſe ſcientes, ſed ſi divinas nobis promiſsiones, atq; meritum Chriſti cre-dentes accommodemus, quod & Deo tra-henti, ejusque occultæ ſpiritus operationi attribuitur: Fieri quidē ſine Sancti Spiritus ope, id non poſſe concedimus, vim tamen noſtræ mētis eſſe nunquam negaverimus: Cognitio ſiquidem Dei quod juſtus ſit, no-ſtriq; nobis innata ſit, ut peccata noſtra conſyderātes, miſeriam intuentes, viamq; ſalutis ignorantes, deſperemus.

Credendi facultas mentis eſt ſubſtan-tia.

Mens ope ſpiritus veritatem agnoſcit, verboque credit.

Notitiam viæ ſalutis noſtræ menti non poſſumus adſcribere, cum à voluntate illa Dei non ejus potē-tia dependeat: Mens enim (ut à Deo creata eſt, ipſam conſyderamus) Deum quid ſit, quidve poſſit, intel-ligit, ſed non ejus novit voluntatem.

Hæc per ſe nobis adſcribenda ſunt, ex ac-cidenti verò per Chriſtum nos juſtificari credimus, dum oblatas appræhendimus promiſsiones, Chriſtumque non ſibi (quod juſtus

juſtus per omnia fuerit) ſed nobis paſſum eſſe novimus: Cùm tamen originali peccato mens nobis ita ſit obfuſcata, ut nec Deum cognoſcere, nec noſtram intelligere miſeriam poſsimus, Deo noſtram ſalutem adſcribimus, tum quod nobis id nequaquã petẽtibus, nec ullo jure coactus, ſed filium ſuum, ſua ſponte gratis obtulerit, tũ quod noſtros oculos ſuo ſpiritu illuminet, ſuaque virtute noſtros eò greſſus dirigat, ut crucifixum intuentes Chriſtum, ejuſque credentes promiſsionibus, certò vitam æternam ſperantes expectare poſſimus. *Duplici ratione Deus gratiam ob tulit.*

Denique paucis ut quæſtionem diſſolvamus, noſtræ mentis effectum fidem eſſe dicimus, actionem videlicet, qua credentes oblatum Chriſti meritum appræhẽdimus: Sin verò non actionẽ ſolum, ſed vim ejus exerendæ fidem vocare velis, habitum eſſe concefferò, ſeu immediatè à ſpiritu divinitùs infundatur, ſeu ex audito nobis acquiratur, modo non efficientem ejus actionis cauſam, (quæ mentis eſt ſubſtantia) ſed promptitudinem quandam, ſeu habilitatem intelligas, qua mens ſuis quodammodo ſoluta tenebris, Deoque miſerenti credẽs, oblatam gratiam excipere poteſt: Hæc ita ſtatuentes nil occultæ ſpiritus operationi, nil ejus per verbum revelationi detrahimus. *Fides habitus eſt Thelogicus.*

Mens noſtra non prius ſcit quam didicerit.

abſolutiſsimum,ſcire ſimplex intuearis, id latere diu, tandemq; in medium produci ſtatuimus. Vera quidem reminiſcentia non eſt, cum nunquam nobis mens non impedita fuerit, ſimile tamen quid exiſtit, quoniam quæ occultata fuerant, menti deteguntur.

NVM MENS IN SEIPSA POtentiam habeat quidvis intelligendi, an vero ipſam aliunde nanciſcatur.

SVnt qui Deum mente ſalva, & per ſe nullatenus immutata, ſimplices rerum notitias nobis & tollere,rurſumq; tradere poſſe ſtatuunt: Sed cum ſine his nec probè mens intelligere, nec veritatem aſſequi poſsit, potentia verò hæc ejus ſit ſubſtantia, id admittendum nequaquam fuerit, quod & hac ratione fiet evidentius. Duplex eſt omnino rerum quæ à Deo dependent potentia: Nam actionis eſt alia quæ rei etiam nomen dat, quoniam per accidens actio ſaltem impeditur,ut cùm ob nimiam triſtitiam ridere nequeas, potentiã in te nihilominus habes, qua riſibile animal diceris. Alia eſt paſsionis qua res non eſſe,ſed fieri dicuntur, quæ duplici modo intelligitur:Aut enim in ipſo eſt quod immutari poteſt,aut extra rẽ ipſam, ſed in eo unde

Duplex eſt potentia.

unde res dependet,ut cum truncũ hominẽ fieri poſſe dicimus,quod ſaltem à Deo non mediante natura fieri poteſt. Qua res itaq; pati vel fieri non eſſe dicuntur, potentia nomen non impertit,ut menti nondum intelligenti non ſit adſcribenda, aliàs non bruta ſolum,ſed & quæcunq; ſunt omnia intelligere poſſe, mentesq; eſſe dicerentur.Primò igitur modo mentem etiam infantium omnia intelligere poſſe dicimus,ut ipſa primus actus exiſtens, morbo naturali ſeu originali impediatur, quominus perfectè ſuas poſsit exercere vires,quẽadmodum vel mutus,vel balbutiens,vel qui regionis in qua eſt ſermonem non novit, animi ſui ſenſa,vel ineptè vel õnino efferre nequit. Quo exẽplo noſtræ mentis imbecillitas detegitur,peccatiq; pœna, miſeria non levis. Quid hoc enim poſſe juvat, ſi non ad actum redigatur? Primi autem parentes ante lapſum quidvis optimè ſemper intelligebant, aut ipſorum menti res omnes intelligendi potentia inerat, ut nobis loquela qui cum lubet loqui poſſumus: Nobis verò nunc ut muto vel pueris recens natis loquendi proprium ineſt, quibus hoc quod ſubſtantialis animæ facultas ſit, detrahi non poteſt.

Paſſionis potentia rei nomen non impertit.

Vt mutus loqui poteſt,ſic nos poſſumus perfectè.

QVOD

QVOD SIT INTER DIFFErentiam & proprium diſcrimen.

QVo nomine hic dialecticos mirari convenit, qui hoc inter differentiam & proprium diſcrimen faciunt, ut differentia de ſpecie in qualitate ſubſtantiali, proprium verò accidentali prædicetur: Sic enim hoc ab accidente non differret. Brevibus autem celeberrimus noſtri temporis & acutiſsimus Philoſophiæ doctor, præceptorq; noſter longè colendiſsimus D. Iacobus Scheckius in ſuis demonſtrationum libris apertè diſcrimen expoſuit, differentiam dicens unam, ſpeciem conſtituere, cujus tamen multa poſsint eſſe propria. His enim etiam differimus ſi cum cæteris quibus ea negantur ipſa conferas: Etſi verò ſermone à brutis differimus, non tamen, quod perfectum inter utramq; ſpeciem diſcrimen non oſtendat, vera eſt differentia, ſed ratio quæ omnia quibus à cæteris differimus, continet.

Vnius ſunt multa propria differentiæ.

Denique ſic inter ſe differentia, & proprium conveniunt, à ſeq; invicem diſtant, ut vice verſa, reſpectu tamen diverſo differentia & proprium, utrumq; dici poſsit, ſi nimirum vel per ſe in ſuo ſubjecto conſyderentur, vel cum alia ſpecie conferantur. Obiter hæc notanda eſſe duxi, ut inde quæ ſit

Differentia reſpectum præſupponit alterius.

ſit ea mentis qua quidvis intelligere poteſt cum pauciſſima tamen appræhendat, vis & facultas cognoſceretur: Mutum enim licet omnino nequeat, loqui poſſe dicimus, aliàs homo non foret, quæ difficultas non parum eos torquet, qui differentiam ſubſtantialem facultatem eſſe dicunt, proprium verò habilitatem quandam, qua mediante, facultas ea poſsit operari, ſecundum quam à nobis dicta intelligi nolumus, quod ea homo non definiatur, aliàs qui ratione nondum noverunt uti, homines non forent, aut qui cæteris vel doctiores, vel ſapientiores ſunt magis homines eſſent dicendi. Quamobrem non eſt animæ vis eius actionibus metienda, quaſi mens ea tantum intelligere poſsit, quæ revera intelligit, & ratione aſſequitur: Longè ſiquidem maiora, imò cum quibus omnium Philoſophorum ſubtiliſsima quæque inventa conferri nequeant, mens in ſeipſa contineat, quæ vel Spiritus Sancti auxilio, vel exercitio paulatim in lucē prodeunt, tandemq; prorſus in altero ſeculo patebunt, quæ res velut exempli loco propoſita, nobis argumento eſſe poteſt, ea quæ nullus hominum (primos parentes & Chriſtum excipimus) unquam ratione aſſequutus eſt, menti etiam ineſſe, quemadmodum pueris & infantibus, ea quæ ſcimus intelligendi

Mutus loqui poteſt quod homo ſit.

Mens multas in ſe ſcientias habet abſconditas.

ligendi potentiam ineſſe dicimus: Cum enim qui ſe in Philoſophia exercuerunt aliquandiu, intellectu talia percipiant, quæ indoctis ratione percipi non poſſe videbantur, ſingulisq; diebus aliquid quod prius ignotum fuerat addiſcamus, quid quæſo prohibet quin idem quoq; de occultis aſſeramus? Omnino ſanè menti adſcribenda ſunt quæcunq; Deus hominem ſcire voluit: Nam hominis ſcire, & poſſe Dei ſubſtantia eſt: Homninem itaq; ſcientem creavit, cumq; perfectum id opus effecerit, nihil quod ſuam modo majeſtatem non attingeret, ei denegavit, adeò ut eum ad ſui ſimilitudinem effingerit, eumq; ceu exemplar, & ſpeculum potentiæ ſuæ, operibus à ſe factis præfecerit.

Deus cum perfectiſſimus ſit, ut perfectiſſimè laudetur, vult quoq; cognoſci perfectiſſimè.

PHILOSOPHIAM THEOLOGIÆ, *ipſiusq; ſalutis eſſe fundamentum, ipſiq; nulla ex parte contradicere.*

Videbor proculdubio quam plurimis, qui titulotenùs hoc percurrens opuſculum, negare quæ meridiana luce clariora ſunt, & manifeſtiſsimè falſa legentibus obtrudere. Vnanimi namq; conſenſu quotquot ſunt, vel etiam fuerunt inter Chriſtianos Philoſophi, Theologiæ in plurimis philoſophiam adverſari concedunt,

ut & abſurdum, & impium videri poſsit, quod hic demonſtraturi proponimus, gratiam divinasq; omnes, quæ nobis ſunt in ſacris literis oblatæ, promiſsiones, in humano intellectu conſiſtere: Cum enim ſoli Spiritus Sancti revelationi gratiam ſacræ literæ paſsim abſcribant, & Philoſophiam reijciant, his me quaſi repugnantem, novæ hæreſeoos authorē eſſe non pauci calumniabuntur, hæcq; tanquam noxia reijcient omnino, nec quibus ego nitar rationes examinare dignabuntur. Verum non hiſce ſcripta ſunt hæc, ſed eis qui placidè veritatem in omnibus ſectantur, nec facilè falſi ſpecie terrentur: Non enim ſubitò falſa ſunt, quæ talia eſſe videntur. Quamobrem hiſce præmiſsis rem aggrediemur, ne longa præfatione lector potius, quam ſimilitudine falſi terreatur.

Philoſophiam itaq; (nequis nos Ariſtotelis errores gratiæ ſubijcere putet) inſeparabilem mentis intelligendi vim nominamus, negatàm nemini, qua Deum atq; ſeipſum quivis cognoſcere poteſt, in quo gratiæ fides appræhenſio fundata conſiſtit.

Multi nos inconſtantiæ accuſabunt quod ſæpius dictis contraria ſæpe proponamus: Cùm enim ſupra conceſſerimus nos parum, vel nihil intelligere poſſe, propriamq; palam ſit Ethnicos ignorare miſeriā: Nunc hominē quemvis, atq; ſeipſum cognoſcendi

relativà, Chriſti paſsionem præſupponens, qua perficitur, ut ſperata conſequi poſsit, aliâs credere, vel ſperare (quæ mentis noſtræ ſunt effectus) nullius eſſent efficaciæ. *Credere nō per ſe ſalvat, ſed cauſa meriti Chriſti.*

AN FIDES HABITVS *ſit infuſus.*

QVæ facile poſsit ab omnibus animadverti, habituum naturam non objiciemus, ex multis ſcilicet eſſe qualitates acquiſitas actionibus, propria vel mentis vi, vel voluntatis, vel etiam corporis: hoc enim vocabulum infuſionis refutat evidentiſsimè: ſed fidem per ſe quid modo ſit examinabimus. *Quid ſit fides.* Appræhenſionem Chriſti meriti, non ejus appræhendendi vim eſſe diximus, quod & hac ratione patebit, Paulus dum Chriſtianos perſequeretur infidelis exiſtens, Chriſtianus (adjuvante tamen Spiritu Sancto) fieri poterat, quod idem eſt ac ſi dicas, vim habuiſſe, ut aliquando Chriſti paſsionem ceu redemptionis ſymbolum appræhendere poſset. At ſi non futurum, ſed præſens tempus urgeas, quo modo tacentes loqui poſsumus, pueroſq; obijcias, atq; dormientes cùm non credunt fidem habere, Deoq; placere, hoc quidē ſed non illud conceſſerimus: Fides enim à corde regenerato diſtinguenda

 eſt,

juſtus per omnia fuerit) ſed nobis paſſum eſſe novimus: Cùm tamen originali peccato mens nobis ita ſit obfuſcata, ut nec Deum cognoſcere, nec noſtram intelligere miſeriam poſsimus, Deo noſtram ſalutem adſcribimus, tum quod nobis id nequaquã petẽtibus, nec ullo jure coactus, ſed filium ſuum, ſua ſponte gratis obtulerit, tũ quod noſtros oculos ſuo ſpiritu illuminet, ſuaque virtute noſtros eò greſſus dirigat, ut crucifixum intuentes Chriſtum, ejuſque credentes promiſsionibus, certò vitam æternam ſperantes expectare poſſimus. *Duplici ratione Deus gratiam obtulit.*

Denique paucis ut quæſtionem diſſolvamus, noſtræ mentis effectum fidem eſſe dicimus, actionem videlicet, qua credentes oblatum Chriſti meritum appræhẽdimus: Sin verò non actionẽ ſolum, ſed vim ejus exerendæ fidem vocare velis, habitum eſſe concefferò, ſeu immediatè à ſpiritu divinitùs infundatur, ſeu ex audito nobis acquiratur, modo non efficientem ejus actionis cauſam, (quæ mentis eſt ſubſtantia) ſed promptitudinem quandam, ſeu habilitatem intelligas, qua mens ſuis quodammodo ſoluta tenebris, Deoque miſerenti credẽs, oblatam gratiam excipere poteſt: Hæc ita ſtatuentes nil occultæ ſpiritus operationi, nil ejus per verbum revelationi detrahimus. *Fides habitus eſt Thelogicus.*

AN SIT INIVSTVS DOMINVS *quod non omnes in gratiam recipiat.*

SI fides ſolius eſſet ſpiritus,hominesque oblatam gratiam nullo modo poſſent appræhendere , ſed ſubjecta merè paſsiva forent, quæ Deus pari ac lutum figulus ratione,transformare, vel regenerare dicatur,fruſtra doceretur Evangelium ſolo videlicet operante ſpiritu:Impij poſſent excuſari,quod Chriſtum non verè credentes appræhenderint : Deusq; malevolentiæ notari poſset , quod non omnibus , vel ridiculè gratiam aliquibus offerat , ipſis videlicet quod offertur nequaquam excipere valentibus: Sin verò quæ modo dicta ſunt admiſerimus,mentem ſcilicet quidvis intelligendi vim habere , Deumq; ac ſeipſam cognoſcendi,vera etiam credendi, oblatamq; morbo medicinam accipiendi, quæcunq; modo recenſuimus abſurda vitabimus,Deumq; & juſtiſsimum eſse,neminiq; ſalutem invidere concludemus: Cùm enim Chriſti meritum,Adami peccato non ſit inferius, ſalvandis omnibus (ut hoc omnes ſathanæ ſubjecit) ſufficiens eſſe credimus. Quamobrem cum gratiam toti mundo Deus obtulerit , mentemque dederit

Fides eſt ex auditu, quo conſpicitur aliqua mentis opera.

derit unicuiq;, ut Deum, propriamq; miſeriam cognoſceret, non juſtitia ſolum, ſed amor, & benevolentia Dei erga impios animadverti poteſt, nec ipſi poſſunt excuſari quod Chriſtũ non excipiant: ut enim Deum cognoſcant ſenſibus & mente valẽt, palamq; malum eſt in omnibus quas ædũt actionibus, ut ſi quæ ipſis à Deo conceſſa ſunt, ijs verè uterentur, ſalvari poſſent.

Hoc demonſtrant infinita ſcripturæ teſtimonia. In omnes terræ fines exivit ſonus eorum. Venite ad me omnes qui onerati eſtis, &c.

Nec eſt quod quis ab humanis rationibus (veras mentis noſtræ demonſtrationes intelligo) doctrinam ſalutis alienam eſſe cenſeat. Infinitas enim, quibus nos ſalvari poſſe judices, tibi rationes proponas, nullam veriſimiliorem ea quæ nobis in ſacra ſcriptura defertur, invenies, ut gratia juſtitiam admittat, ſecus ſiquidem non vidiantur in una ſede morari. Vnicum mihi rationem ſuperare videtur, quod proponens Paulus Dei conſilium admiratur, cur gratiã non æquè deferat omnibus, ſed ſathanæ aliquos eripiat, aliquos ipſi relinquat. *Fides eſt veritati maximè conſentanea.*

Duplicem Deus in electis gratiam demonſtrat, tũ quod Chriſti meritum offerat, tum quod eos edoceat, ut id appræhendere poſſint. Priori modi nulli gratiam denegat, hoc verò paucos excipit: Non

tamen ob id injuſtus eſt: Nam ſi neminem ſalvaret ſuam nihilominus ſequeretur juſtitiam,ſed benevolus etiam eſt in omnes,ſalutem cuivis offerens, licet animum placidiorem demonſtret aliquibus.

Verum non hoc ad ſalutum ſcitu neceſſarium eſt,dummodo te ſub gratia , ſi credas eſſe noveris,Dei conſilia non ſunt ulterius inquirenda,quam nobis ipſe patefecit:Cujus nos temeritatis accuſabunt imperiti, quod quæ fidei ſunt, rationibus examinemus,ſed quid fides ſit non inteligunt: Novimus enim fidem nullum rationibus aſſequutum eſſe, non tamen ob id ab ijs alienam eſſe conſequitur, cum hominem nullus veras adhuc attigerit rationes, quibus nos Philoſophiam deſcribimus.

Fidem nemo rationibus eſt aſſequutus.

AN POSSIT PHILOSOPHIA *mentiri,ut Theologiæ repugnare dicatur.*

SI Philoſophia ſint quæ nobis ſcripta reliquit Ariſtoteles,palmam ſe nobis opponenti dabimus : Tantum enim mentis impotes non ſumus , quin ejus errores intelligamus,nec adeo veſani, ut eos defendere conemur : cum apertè Theologicæ veritati repugnent, quo nomine magis in eos invehimur,qui Philoſophice quidem, ſed non Theologicè vera eſſe reſpondent quæ

Quæ falſa ſunt Theologis nullo mo-

quæ mentitus eſt Ariſtoteles : Alteram enim hoc poſito falli ſcientiam oporteret. Nec quod quibuſdam placet admittimus (ut ſuo loco clarum fiet) diverſo reſpectu conciliari poſſe differentes inter ſe ſcientias.

do poſſunt eſſe vera.

Cum quod ſcitur verum ſit omnino, aliàs opinio foret, ſcientiæ quod falſum eſt attribui non debet.

Philoſophiam itaq; nullius authoris operibus metimur, ſed irrepræhenſibili rationum diſcurſu: Cùm enim Philoſopho ſimplex veritas, ut Phyſico ſecundùm quid, ſubijciatur, quæ ab eo dicuntur, vera ſimpliciter eſſe volumus, non hujus aut illius reſpectu, quo Theologiæ repugnare videantur. Nam ſi ad imaginem Dei mens conformata eſt, (ſubſtantiam non accidens proponimus, ut non de Adamo ſolum, ſed de nobis hæc etiã dici poſſint) ut intellectu ejus potentiã referret, nec volũtas Divinæ potẽtiæ repugnat, ſed in ea cõſiſtit potius, ut nihil quod non poſſit, Deus velle dicatur. Theologiam certè (quæ divinæ voluntatis eſt revelatio) philoſophiæ (quæ Divinæ potentiæ notitia vel intellectus exiſtit) adeò non repugnare conſequitur, ut hæc illius fundamentum ſit, quod & hinc patet evidentiſsimè: Quid enim mens ſine ratione, vel intellectu? Quis ſine mẽte ſalvatur?

Veris Philoſophia rationibus eſt, nõ authoritate ponderanda. Dei voluntas ejuſdem potentiæ nõ repugnat, ſed in ipſa conſiſtit.

Chriſto non credit qui Deum neſcit.

vatur? Quis Deum neſciens, fide Chriſtum appræhenderit? Sed Philoſophiam nemo (quod quidem noverim) ut à nobis uſurpatur, adhuc expreſsit, ut quæ in ſacra ſcriptura gratiæ ſubijciuntur, ſeu Deum, ſeu hominem ſpectent, ratione vera ſit aſſequutus. Neq; talem Philoſophum eſſe neceſſariò judicamus, eum qui gratiæ velit eſſe particeps: Credunt enim plurimi ſimpliciter, nec cur hoc, aut illud credant nóverunt, niſi quod veracem eſſe qui loquitur exiſtimant: Philoſophiam tamen ſeu vim mentis demonſtrant aliquo modo, tum quod credant, tum quod Deum mentiri non poſſe noverint. Licet autem pauci credentes Philoſophi ſint, nullum tamen ſine Philoſophicis ſalvari poſſe ſtatuimus: Theologiam enim non Philoſophorum operibus, & ſacris biblijs à Philoſophia diſtinguimus: Plurima ſiquidem in illis quæ falſa, in his verò quæ Philoſophica ſunt contineantur: Sed Theologiam Divinæ voluntatis revelatione (ut jam dictum eſt) difinimus, & Philoſophiam Dei cognitione, ut ſola Theologica verè dicantur, non quæ potentiam Dei, juſtitiam, bonitatem, ſcientiam, & reliquas ejus virtutes demonſtrãt, ſed quæ nobis ejus (aliàs omnibus abſtruſam) voluntatẽ patefaciunt. Etſi verò Philoſophica ſunt omnia propemodũ, quæ nobis

Ratio confirmat authoritem.

Theologia quomodo differat à Philoſophia.

nobis in ſacra pagina proponuntur, nequaquam tamen ob id, concionatores, vel qui ſalvantur omnes Philoſophos eſſe conceſsero, quod talia credant non ſciant, nec ratione moti, ſed authoritate.

Voluntaria creduntur non ſciuntur.

Verè ſcientia æternorum à philoſophis eſſe dicitur, incertorum ſiquidem ſit opinio. At quæ voluntatem ſequuntur, cum liberè fiant, neceſſaria non ſunt, ut eorum quoque nulla ſit ſcientia. Hinc quid velit Deus mentem neſcire poſſe ducimus, niſi vel ejus immediatè ſpiritu, vel verbi prædicatione, id ipſi reveletur. Sed talium appræhenſio fides eſt non ſcientia, cum non intelligantur, ſi verè ſcita diſtinguas à revelatis: Hæc enim aliqua ex parte ſciri poſſunt: Vt, Deũ credimus nobis æternam vitam largiri velle, Chriſti merito mediante. Pars ultima juſtitiam, (cuius eſt ſcientia) prior verò gratiam demonſtrat, quæ à ſola Dei voluntate pendet.

Deniq; Philoſophiam ſi ſubjectum ejus conſideres, omnibus qui gratiæ ſubſunt, ſin rationes, aut earum diſcurſus intuearis, admodum paucis attribuimus. In ſe verò conſiderata ſimpliciter vera eſt, ipſiusq; Theologiæ, ſeu revelatæ gratiæ fundamentem.

IN

IN TRACTATVM

Secundum Præfatio.

Mirabere fortaſſis (optimè lector,) nec pauci proculdubio nos ideo levitatis accuſabunt, quod hujus libri titulo victoriam Philoſophiæ promiſerimus, hoc verò tractatu, velut & ſequenti totis viribus Philoſophos impugnemus, eaq; reijciamus. (Tria videlicet Ariſtotelis principia) quibus optimè nobiliſſimam phyſices ſcientiam judicaverant eſſe fundatam. Sed hoc unũ tibi perſuadeas, hæc in Philoſophos eſſe ſcripta, noſq; Philoſophiæ dignitatem ita tueri voluiſſe: Cum enim verum ſit nihil, quod ſacris literis repugnat: eò rem deducere placuit ut rejectis philoſophorum erroribus, Philoſophiam triumphum aſſequutam eſſe conſpiceretur, non quod Theologiam victoriâ ſuperaverit, ſed quod ejus ſe ſervituti victa ſubmiſerit. Magnum quivis veneratur Ariſtotelem, conceſſero, ſed cujus quæſo Dei ne vel Ariſtotelis dum philoſophamur authoritatem tueri præſtat? Deum forſan inquies nequaquam eſſe philoſophatum, valere quidem ejus ſi credendum, ſin philoſophandum Ariſtotelis authoritatem. Pulchrè profectò, ſed hanc intelligas nullius dum philoſophamur eſſe momenti: Rationibus enim ſolùm eſt acquieſcendum. Ab æterno mundum extitiſſe non minus eſt ſalſum, quam ſi fuiſſet à Therſite prolatum, vel homine quovis mendaciſsimo: Rationibus id Ariſtoteles philoſophicè tibi demõſtraſſe videtur: Ei credes igtur,

tur,quod immota ſit demonſtrationum veritas. Rationes omittam,philoſophicas eſſe conceſſero, ſed quod eis eſt extructum dic an verum eſſe credas, Deo feceris injuriam ſi credideris,quod contrarium Chriſtiana fide noverimus, ſin falſum eſſe conceſſeris demonſtrationes eſſe negavero,quibus id confirmavit Ariſtoteles.Hoc ergo tibi dum philoſopharis habeto propoſitum falſas eſſe rationes, nec philoſophicas eſſe poſſe, quibus aliquid expromitur, quod Theologiæ repugnaverit. Hæc eſt Philoſophiæ laus,hæc eſt ejuſdem victoria,ſi depulſo mendacio veritatem ipſa nanciſcatur. Omnes in confeſſo eſt erraſſe philoſophos,an ideo Philoſophiam erroris arguemus? Scientia ſanè nō fuerit,ſed fallax opinio,ſi fuerint quæ conſtituit ementita. Philoſophorum igitur authoritate poſtpoſita, Philoſophiā tibi perſuadeas ſimpliciſsimę ſcientiā eſſe veritatis, quo pręmiſſo cuivis Chriſtianè philoſophanti, rationes examinandæ ſunt, an ad notum veritatis ſcopum converti poſſint: Quod nos eo ſanè ſucceſſu tentavimus ut (ijs exceptis quæ revelata tolerat veritas) aberraſſe,non philoſophatum eſſe conſtet Ariſtotelem: Sin id tamen eſſe videamur aſſequuti, tuam tu naves operam quiſquis es, ut hoc tibi propoſito ſcopo Theologica nimirùm veritate, quod novimus eſſe certiſsimū, methodico rationū ductu philoſophando conſequaris. Cæterum quod hoc tractatu,prima rerum naturalium principia, quæ conſtituit Ariſtoteles abijciamus, eaq; Theologiæ nullo modo repugnare videātur,forſan Ariſtoteli nimium detraxiſſe videbimur, nec paucis hoc noſtrum diſplicebit inſtitutum,acq; ſi longius à ſcopo declinaſſemus, quod ſint exiſtimaturi,nil hanc ad confirmādos revelatæ veritatis articulos, conferre diſputationem:

tationem: Scholas etiam nos obijcient plurimi ſtudiô conturbare, nullo tamen fructu veritatis. Verùm ſi quis noſtram probè ſententiam perpenderit, longè nobis aliud fuiſſe propoſitum animadvertet, quàm quod vel Ariſtotelem contemnere ſtudeamus, vel Academias ab ejus lectione dehortari. Conſtabunt ſanè nihilominus quæcunq; conſcripſit Ariſtoteles, eo tamen modo ne quod vel impium, vel abſurdum fuerit admittas. Materiam age quid ſit examines, eâ verè Plato (velut Ariſtoteles etiam formâ) ſe manichæum eſſe demonſtravit: An non eam generationis principium eſſe ſtatuerunt, ut fieri vel immutari poſſit nihil, quin ejuſdem fuerit particeps? Quid quod hac ratione non animæ ſolùm, ſed quæcunq; noſtros ſubſtantiæ ſenſus effugiunt, principio caruiſſe demonſtrantur? Eò ſanè devenerunt ut cum quodcunq; fieri debeat materiatum ſit neceſſariò, nil ſine materia fieri poſſe ſtatuerint. Cúm itaq; tertio tractatu nobis diſcutienda foret Ariſtotelis æternitas, & inter cætera quibus eam confirmavit argumenta, non minimum hoc fuerit, ex nihilo nil fieri poſſe, materiam hoc tractatu ponderare voluimus, ut præclarum id dogma quale ſit animadverteretur. Hanc ergo bene fundatam, fundamentum fundamentorum materiam ita tibi (optimè lector) ob oculos poſuimus, ut videre poſſis evidentiſſimè primam Philoſophorum materiam ipſummet, NIHILVM eſſe Theologicum, ex quo cuncta conſtat eſſe creata, Paucis hæc exponenda fuerunt, ut quàm Ariſtotelis principia præ ſe ferant impietatem, agnoſceretur. Quàm verò ſint abſurda facile quis indè poterit animadvertere, quidem materiam quæ per ſe nihil eſt, per accidens aliquid eſſe velint: Hoc enim ſi verum ſit, accidens erit non ſubſtantia,

quod

quod ſi conceſſeris eam ineſſe, non ſuſtinere quicquam apparebit. Præterea cũ à materia formam id habere ſtatuãt, quo ſubſiſtere poſsit, quomodo vice verſa materiam à forma quicquid eſt habere conſtabit? Effectus ita ſive profecto cauſæ, cauſa fuerit etiam neceſſariò. Sed hæc præfationis limites excederent, ſi dilucidè ſatis exponerentur. Qui Philoſophica delectatur meditatione, jucundiſſimam hoc tractatu de hiſce diſputationem habebit, ſi modo ſine tædio velit, & attente quidvis examinare: Sin copia gravior exiſtat, argumenta præcipua theſibus aliquot compræhendimur, quas ſi leget fortaſſis earum copioſiorem non rijciet expoſitionem. Porrò ne quis exiſtimet nos univerſam phyſices ſcientiam abjeciſſe, quod naturaliũ principia ſecus quam Ariſtotelis expreſſerimus, exempli loco diſputationem in Aſtronomos inſtituimus, ut clarum fieret falſis etiam principijs, quod verum eſt poſſe demonſtrari: Cùm enim propoſitum eis eſſet apparentiarum rationes reddere, tres etiam motus aſſumpſerunt, quod etſi manifeſtè falſam exiſtat, pulchrè tamen ijs ſcientiam extruxerunt. Hoc etiam ideò tentavimus, ut ſcientias omnes uno veritatis conſenſu Theologiæ ſubmitteremus. Aſtronomiæ (fatebor ingenuè) num ſum uſq; adeò peritus, ut quæ præclarè ſunt ab Aſtronomis expoſita vel audeam reijcere, vel aſſequi poſſim præſtantiora. Cum Phyſicè tamen noſſem ſimplicis corporis unum ſecundum naturam eſſe motum, perpetuò conſiſtere non poſſe quod violenter impellitur: nec eodem tempore quicquam in ortum ab ortu moveri poſſe viderem, meditando quærere placuit an ſublata motuum multitudine, violentia, & contrarietate rationes apparentiarum nihilominus conſiſtere poſſent,

tandemque Phyſicæ concilians aſtronomiam, unũm revera motum in occaſum ab ortu ſecundum naturam, non violentum eſſe cognovi. Sæpè quidem planetas in ortum ab occaſu ferri conſpeximus: Solem à tropico ſeptentrionali (quem cancro tribuunt) ad meridionalem moveri, convincunt anni tenpora: Vel ſi quis ſit alius, admittetur. Revera tamen non hi plures ſunt motus, ſed ejus ſolummodo quẽ nunc admiſimus, appendices, quòd nos hoc tractatu demonſtravimus apertiſsimè. Qui talia ex profeſſo tractant, hæc probè conſyderent: Viã enim ſaltem oſtendimus, ut quam colunt ſcientiam ſuis repurgare poſsint erroribus. Hiſce proculdubio crabrones irritabimns: Nil moror. Qui ſuis Ariſtotelem commentis illuſtrarunt, injuriam ſibi fieri conquerentur, atque ſi nugas eos exornaſſe calumniarer. Videor etiam mihi magiſtellorum acervos intueri, quorum qui doctiores exiſtunt, ſuis ſe putant ſordibus eſſe philoſophos. Eò ſanè res redijt, ut qui piè rationibus agit, nequaquam videatur philoſophari. Scholarum intuearis exercitia, duo ſunt Theologorum & Philoſophorum agmina, duos ea referunt hoſtium exercitus; diſputatione congrediuntur, tormentorum ſonus exaudiuntur PHILOSOPHICÆ, THEOLOGICÆ: firmum habent Theologi propugnaculum PHILOSOPHARIS ergo mentiris. Philoſophi verò ſi fidei veritate convincantur, ea clamitant eſſe THEOLOGICA, nil ad rem facere, ſacerdotibus eſſe conmittenda, Nec in hos ſolum modo ſua philoſophi contorquẽt mendacia, ſed ipſimet inter ſe diſſentiunt, quæ ſufficiens etiam fuerit nota vanitatis. Dialecticam interdum phyſici reijciunt: Phyſicam parvi pendunt aſtronomi. Quid? Ergo ferenda eſt hæc univerſitatũ conſue-

conſuetudo? Nequaquam, ſed conamdum eſt cuiuis qui ſe philoſophum eſſe venditat, ut ſcientias omnes ab infimis, ad ſummam uſque Theologiam nimirũ una veritatis linea dirigat. Nec ita ſcientias diſtinguere decet , ut propria ſit uniuſcujuſque veritas, ſed ſubalternas eſſe convenit, vt ope mutua veritatẽ inveſtiget, qua nacta philoſophus ab ipſis etiam ſenſibus ad primam uſque cauſam poſsit aſcendere.

AN SIT PHYSICAE, VEL SVBTILIORI
ſcientiæ adſcribenda principiorum tractatio.

Simplicia tractat Metaphyſicus.

CVm Phyſica rerũ naturalium ſcientia ſit, quæ generantur, & corrumpuntur, Metaphyſica verò circa res ſimplices verſetur, quæ neceſſariæ ſunt, nec ullo modo poſſunt immutari, principia profectò rerum naturalium, quod ſimplicia non ex alijs compoſita ſint, Phyſica ſublimiori ſcientiæ ſubijciuntur, quæ res per ſe ac ſimpliciter, non ſecundum quid aut alterius reſpectu conſyderet. Etſi autem ſine principijs rerum generationes intelligi nequeunt, uniusq; & ejuſdem ſcientiæ cum toto partes eſſe videntur, diverſo tamen reſpectu res, & ſunt, & generantur, ut ſimplices rerum viſæ, earumq; principia, quod eodem modo ſe ſemper habeant (ut Ariſtotelis fert ſententia, ſecus enim compoſita forent ſi mutarentur, quod nullum ſimplex immutari cen-

Digitized by Google

cenſuerit) Metaphyſico tractanda ſint, ſed accidentium reſpectu alijs ſcientijs ut Phyſicæ vel aſtronomiæ ſubijciantur.

Cum ſimplici vel generatione, vel corruptione, non accidens aliquod, ſed ipſamet res immutetur, ſubſtantia motus ille non accidens eſſe videtur: Quoniam tamen res per ſe ſubſiſtit, per accidens ipſam immutari ſtatuimus, quod motus nutura demonſtrat, nil ſiquidem ſeipſum immutet, ſed ab alijs extrinſecus immutentur omnia: Quamobrem ſi rerum actiones accidentia ſunt, multo magis mutationes, quæ aliunde prodeunt accidentia dici debent.

Cum verò totius nomine, non ſubſtantiam ſolum integram, ſed ejus etiam accidentia comprӕhendamus, principia nec ſubſtantiæ, nec totius partes exiſtunt, ſubſtantia ſiquidem, aut ejus partes non unum, ſed omnia ſint ſimul juncta principia, quæ ſine accidentibus conſyderantur, ut ejuſdem cum toto naturæ non exiſtant. Deniq; rem paucis ut contrahamus, cnm circa res naturales Phyſica verſetur, noſtrumq; ſcire à poſteriori procedat, nec ſubſtantias aut earum principia prius inveſtigare poſsimus, quam earum accidentia, actiones, atq; proprietates cognoverimus, Phyſicis inquirenda ſunt rerum naturalium principia, ſed metaphyſico poſtea ſunt dimittenda, ut an vera ſint ea poſsit examinare.

Principia quid ſint.

Phyſicorum inventa diſcutiunt Metaphyſici.

QVA RATIONE PRINCIPIA *probentur an vera ſint.*

Quomodo ſua phyſici probent principia.

PHyſici cum circa rerum mutationes verſentur, ut ipſas cognitis cauſis intelligere poſsint, probam hac ſubtiliorem non habent, an vera ſint quæ poſuerunt principia, quam ſi quarumvis mutationum cauſas ijs reddere poſsint: Cum enim res non ſimpliciter conſyderent, ſed quatenus mutantur, an perſe vera ſint earum principia, parum inter eſſe ducunt, ſi modo phyſicam præ ſe ferant veritatem, qua rerum non ſemper in eodem conſiſtentium, ſed mobilium ſcientia conſtrui poſsit, quod cum hiſce principijs aſſequuti ſint, reſtat nihil quam ut ijs acquieſcant. Hoc ipſis equidem lubenter conceſſero, ut & quod ultimo hujus opuſculi tractatu diſcutiemus. Nihil ex nihilo fieri poſſe: Metaphyſicum tamẽ agam, ſimplicemq; quæſtionũ propoſitarum veritatem rationibus inquiram, tandemq; Phyſicam, non Philoſophiã Theologiæ repugnare demonſtrabo. Fuit methodi magiſter Ariſtoteles, quæ non in una ſolùm ſcientia debet obſervari, ſed omnibus ſimul junctis, ut certo ſe ordine ſubſequantur, uniusq; veritas alterius conſentanea ſit, cũ omnes eò tendant, ut ſimpliciſsimum

Phyſica non Philoſophia Theologiæ repugnat.

ciſsimum quod ſcitur unanimi conſenſu Deum demonſtrent. Difficulter ſanè qui hoſtem ſine ordine, ſeipſos etiam impugnantes invadunt, victoriam conſequentur. Dialecticæ (cum tamen veritatis via ſit inveniendæ) phyſica repugnat, Phyſicam Aſtronomi convincunt erroris, vel abſurda potius ſibi proponunt, ut ſuarum apparentiarum rationes reddant, non habito reſpectu an vera ſint quæ aſſumunt, ſi modo quod quærunt ijs aſſequi poſsint. Ita fert hominum depravata conſuetudo, propria quivis appræhēdit, nec alterius habet rationē, dum ſuas modo res agere poſsit. Animorū conjunctio divinū demonſtrat amorē, ſic & ſcientiarum conſenſus, indubitata eſt nota veritatis. Differunt inter ſe ſcientiæ, ſed facilè concordari poſſent, ita ut unaquæq; ſuum longè fœlicius reſervaret, nec diſputantes hiſce nuntijs per aërē diſcurrentibus, odium multis etiam conciliantibus opus haberent, Phyſicè loquimur, Aſtronomicè diſputamus, Theologicè cōferimus, Philoſophicè valent, &c. Inſcitiæ nota eſt ſi quis ſe vel Lutheranum, vel Calviniſtam eſſe profiteatur, Chriſtianus ſis & verè ſenties, ſimplicem apræhende veritatem nec repræhenderis, ut ſubterfugio tibi ſit opus, quod nimirum Phyſicè loquaris. Ferus eſt hoſtis qui victoriā placidè cōſe-

Omnes ſcientiæ unanimi conſenſu ad primā cauſam tendere debent.

Conſenſus nota veritatis eſt.

Inſcitiæ nota.

qui poteſt,ſi cruentam expetat. Quamobrem ſi ſua Phyſici non ferant aliter probari principia, paucis ita vera eſſe concludemus ut probata ſunt.

VERITAS QVID ET *quotuplex.*

CVm veritas ſolis intelligentibus attribuatur Philoſophi rectè quæ concludit intellectus phantaſmata vocant, niſi reipſa, ut in eo ſunt talia eſſe depræhendantur.

Verè quidem ſunt quæcunque ſunt: Nam exiſtere quicquid eſt falſum eſſe nequit, cum falſitas ejus quod eſt negatio ſit, & ejus quod non eſt affirmatio. Veritas tamen quoniam dictorum vel mente perceptorum harmonia & conſenſus eſt cum rebus ita ut dicuntur, aut ſciuntur exiſtentibus, ſoli tribuitur intellectui, ut vel certo noverit vel aberret, ac mentiatur.

Scimus quæ vera ſunt, his ſimilia dicimur opinari.

Quoniam verò quæ intelligimus interdum rebus ipſis ex parte conſentiunt, ut ijs etiam partim repugnent, non una veritatis eſt ratio, ſed quæ vel intellectu, vel cogitatione percipimus, aut vera ſimpliciter exiſtunt, aut veris ſunt ſolummodo ſimilia, vel aliquorum vera ſunt reſpectu. Veriſimilia dicimur opinari: Cætera ſeu vera ſimpliciter ſeu ſecundum quid exiſtant, ſciri dicuntur,

cuntur,quod nec ita leviter admiſerimus: Cum enim ſcientia rerum ſit ſimplicium, ipſeq; reſpectus compoſitionem faciat, quæ vera ſecundum quid ſunt ſcientias conſtruere non poſſe ſtatuimus. Hinc licet Phyſici principijs ſuis cauſas mutationum ſibi videantur intelligere, ut Phyſica non principiorum quidem ſed principiatorum ſcientia ſit: Neutrum tamen ipſos ſcire judicamus,cum partim vera quæ principijs ſuperſtruxerunt,partim etiam falſa ſint: Vt enim principia reſpectu ſequentium vera ſunt,ſic & Phyſicæ concluſiones aſſumptorum nomine repræhendi poſſunt, cum ſcientia tamen nullius falſi redarguatur.

Vera ſecũ dum quid ſcientias non conſtruunt.

A Philoſophis pulchrè ſcientia irrepræhenſibilis eſſe dicitur, ut inde Divinæ laudis perfectio demonſtretur: Vt enim ſcire hoc quod menti à Deo eſt inditum,falſi nihil habet, ſic rei ſcitæ quæ Deus ipſe eſt:(Omnia enim ejus cauſa ſciuntur) laus ſine vitio eſſe debet,ut nihil quod aliquatenus malum ſitDeus excipiat, ſicut nec ſcientia quod aliqua parte falſum fuerit.

AN SINT PHILOSOPHIAE

Tribuenda quæ pars ejus unaquæq; cenſuerit.

NOn adeò inviti Aſtronomorum, vel Phyſicorum errata ferremus, niſi

 philo-

Philoſophiæ nomen unicuicuiq; ſcientiæ attribueretur, uniusq; partis error, toti Philoſophiæ maculam inureret,in quo mihi vulgus imperitum Philoſophi referre videntur, dum alterius quam non profitentur ſcientiæ ignominiam patiuntur: Cũ enim (ut hoc exempli loco proferam)Germanorum vulgus uno penè omnes exteras nationes nomine complectatur,ſæpè fit ut quæ meruit Hiſpanus,ea vel Gallus,vel Italus ferre cogatur. Cùm itaq; Philoſophia generale nomen ſit, quod omnibus ejus partibus attribuitur, ſic univerſaliter non alicujus ſcientiæ reſpectu vera eſſe debent, quæ Philoſophica nominantur, ut ab omnibus quæ Philoſophicæ dicuntur ſcientijs excipiantur. Quamobrem nec Phyſices principia, nec aliquot Aſtronomiæ Philoſophica eſſe volumus, illa ſiquidem Metaphyſicus falſa eſſe convincat, hæc verò falſa in Phyſicis eſſe doceantur, cùm nec violenter quod ſemper movetur, nec ſimplex corpus contrarijs ferri motibus,ſitPhyſicè demonſtratum, quæ ſcientia cum aſtronomia prior ſit, huic axiomata ſuppeditare debuerat.Sed hæc admonere voluimus,ne qui principia mordicus apprehenderunt ſe,non qui contraria ſentiunt,Philoſophos eſſe jactitarent.

Philoſophica ſimpliciter non alicujus reſpectu debent eſſe vera.

AN

AN COMPOSITA SINT NE-
*ceſſariò quæ generantur & cor-
rumpuntur.*

PHyſicos rerum mutationes moverunt, ut ex aliquibus principijs compoſitas eſſe ducerent, quod ſimplex eſt exiſtimantes nullis obnoxium eſſe mutationibus, ſed hoc mihi prius eſt demonſtrandum quàm admiſero, cùm elementa etſi mutantur ſimplicia ſint, ut multis poſtea probabimus. Hoc à contrarietate ſumptum eſt axioma: Cùm enim contraria ſolum & fieri,& corrumpi videamus, eaq; non per ſe ſubſiſtant,ſed in aliquo ſuſtineantur,materiam phyſici omnibus quæ corrumpuntur formis ſubeſſe ſtatuerunt, ſine qua nec eſſe,nec immutari poſsint:Sed utrunq; ſejunctis capitibus refutabimus, tum quod per ſe non ſubſiſtant contraria, tum quod materia licet admitteretur, quod corrumpitur componat.Sed quæ ad hanc diſputationem referri poſſunt, ſequentibus ea quæſtionibus exponentur.

Contraria ſolum Phyſicè mutantur.

QVATVOR ELEMENTA NON
ex alijs eſſe compoſita.

MIrum ſi benè conſtructa eſt rerum naturalium ſcientia,tot ip ſi Philoſophiæ

cenſuerit) Metaphyſico tractanda ſint, ſed accidentium reſpectu alijs ſcientijs ut Phyſicæ vel aſtronomiæ ſubijciantur.

Cum ſimplici vel generatione, vel corruptione, non accidens aliquod, ſed ipſamet res immutetur, ſubſtantia motus ille non accidens eſſe videtur: Quoniam tamen res per ſe ſubſiſtit, per accidens ipſam immutari ſtatuimus, quod motus nutura demonſtrat, nil ſiquidem ſeipſum immutet, ſed ab alijs extrinſecus immutentur omnia: Quamobrem ſi rerum actiones accidentia ſunt, multo magis mutationes, quæ aliunde prodeunt accidentia dici debent.

Cum verò totius nomine, non ſubſtantiam ſolum integram, ſed ejus etiam accidentia comprehendamus, principia nec ſubſtantiæ, nec totius partes exiſtunt, ſubſtantia ſiquidem, aut ejus partes non unum, ſed omnia ſint ſimul juncta principia, quæ ſine accidentibus conſyderantur, ut ejuſdem cum toto naturæ non exiſtant. Deniq; rem paucis ut contrahamus, cnm circa res naturales Phyſica verſetur, noſtrumq; ſcire à poſteriori procedat, nec ſubſtantias aut earum principia prius inveſtigare poſsimus, quam earum accidentia, actiones, atq; proprietates cognoverimus, Phyſicis inquirenda ſunt rerum naturalium principia, ſed metaphyſico poſtea ſunt dimittenda, ut an vera ſint ea poſsit examinare.

Principia quid ſint.

Phyſicorum inventa diſcutiunt Metaphyſici.

QVA RATIONE PRINCIPIA *probentur an vera ſint.*

Quomodo ſua phyſici probent principia.

PHyſici cum circa rerum mutationes verſentur, ut ipſas cognitis cauſis intelligere poſsint, probam hac ſubtiliorem non habent, an vera ſint quæ poſuerunt principia, quam ſi quarumvis mutationum cauſas ijs reddere poſsint: Cum enim res non ſimpliciter conſyderent, ſed quatenus mutantur, an perſe vera ſint earum principia, parum inter eſſe ducunt, ſi modo phyſicam præ ſe ferant veritatem, qua rerum non ſemper in eodem conſiſtentium, ſed mobilium ſcientia conſtrui poſsit, quod cum hiſce principijs aſſequuti ſint, reſtat nihil quam ut ijs acquieſcant. Hoc ipſis equidem lubenter conceſſero, ut & quod ultimo hujus opuſculi tractatu diſcutiemus. Nihil ex nihilo fieri poſſe: Metaphyſicum tamẽ agam, ſimplicemq; quæſtionũ propoſitarum veritatem rationibus inquiram, tandemq; Phyſicam, non Philoſophiã Theologiæ repugnare demonſtrabo. Fuit methodi magiſter Ariſtoteles, quæ non in una ſolùm ſcientia debet obſervari, ſed omnibus ſimul junctis, ut certo ſe ordine ſubſequantur, uniusq; veritas alterius conſentanea ſit, cũ omnes eò tendant, ut ſimpliciſsimum

Phyſica non Philoſophia Theologiæ repugnat.

ciſsimum quod ſcitur unanimi conſenſu Deum demonſtrent. Difficulter ſanè qui hoſtem ſine ordine, ſeipſos etiam impugnantes invadunt, victoriam conſequentur. Dialecticæ (cum tamen veritatis via ſit inveniendæ) phyſica repugnat, Phyſicam Aſtronomi convincunt erroris, vel abſurda potius ſibi proponunt, ut ſuarum apparentiarum rationes reddant, non habito reſpectu an vera ſint quæ aſſumunt, ſi modo quod quærunt ijs aſſequi poſsint. Ita fert hominum depravata conſuetudo, propria quivis appræhēdit, nec alterius habet rationē, dum ſuas modo res agere poſsit. Animorū conjunctio divinū demonſtrat amorē, ſic & ſcientiarum conſenſus, indubitata eſt nota veritatis. Differunt inter ſe ſcientiæ, ſed facilè concordari poſſent, ita ut unaquæq; ſuum longè fœlicius reſervaret, nec diſputantes hiſce nuntijs per aërē diſcurrentibus, odium multis etiam conciliantibus opus haberent, Phyſicè loquimur, Aſtronomicè diſputamus, Theologicè cōferimus, Philoſophicè valent, &c. Inſcitiæ nota eſt ſi quis ſe vel Lutheranum, vel Calviniſtam eſſe profiteatur, Chriſtianus ſis & verè ſenties, ſimplicem aprædhende veritatem nec repræhenderis, ut ſubterfugio tibi ſit opus, quod nimirum Phyſicè loquaris. Ferus eſt hoſtis qui victoriā placidè cōſequi

Omnes ſcientiæ unanimi conſenſu ad primā cauſam tendere debent.

Conſenſus nota veritatis eſt.

Inſcitiæ nota.

qui poteſt, ſi cruentam expetat. Quamobrem ſi ſua Phyſici non ferant aliter probari principia, paucis ita vera eſſe concludemus ut probata ſunt.

VERITAS QVID ET *quotuplex.*

CVm veritas ſolis intelligentibus attribuatur Philoſophi rectè quæ concludit intellectus phantaſmata vocant, niſi reipſa, ut in eo ſunt talia eſſe depræhendantur.

Verè quidem ſunt quæcunque ſunt: Nam exiſtere quicquid eſt falſum eſſe nequit, cum falſitas ejus quod eſt negatio ſit, & ejus quod non eſt affirmatio. Veritas tamen quoniam dictorum vel mente perceptorum harmonia & conſenſus eſt cum rebus ita ut dicuntur, aut ſciuntur exiſtentibus, ſoli tribuitur intellectui, ut vel certo noverit vel aberret, ac mentiatur.

Scimus quæ vera ſunt, his ſimilia dicimur opinari.

Quoniam verò quæ intelligimus interdum rebus ipſis ex parte conſentiunt, ut ijs etiam partim repugnent, non una veritatis eſt ratio, ſed quæ vel intellectu, vel cogitatione percipimus, aut vera ſimpliciter exiſtunt, aut veris ſunt ſolummodo ſimilia, vel aliquorum vera ſunt reſpectu. Veriſimilia dicimur opinari: Cætera ſeu vera ſimpliciter ſeu ſecundum quid exiſtant, ſciri dicuntur,

cuntur,quod nec ita leviter admiſerimus: Cum enim ſcientia rerum ſit ſimplicium, ipſeq; reſpectus compoſitionem faciat, quæ vera ſecundum quid ſunt ſcientias conſtruere non poſſe ſtatuimus. Hinc licet Phyſici principijs ſuis cauſas mutationum ſibi videantur intelligere, ut Phyſica non principiorum quidem ſed principiatorum ſcientia ſit: Neutrum tamen ipſos ſcire judicamus,cum partim vera quæ principijs ſuperſtruxerunt,partim etiam falſa ſint: Vt enim principia reſpectu ſequentium vera ſunt,ſic & Phyſicæ concluſiones aſſumptorum nomine repræhendi poſſunt, cum ſcientia tamen nullius falſi redarguatur. *Vera ſecũ dum quid ſcientias non conſtruunt.*

A Philoſophis pulchrè ſcientia irrepræhenſibilis eſſe dicitur, ut inde Divinæ laudis perfectio demonſtretur: Vt enim ſcire hoc quod menti à Deo eſt inditum,falſi nihil habet, ſic rei ſcitæ quæ Deus ipſe eſt:(Omnia enim ejus cauſa ſciuntur) laus ſine vitio eſſe debet,ut nihil quod aliquatenus malum ſit Deus excipiat, ſicut nec ſcientia quod aliqua parte falſum fuerit.

AN SINT PHILOSOPHIAE *Tribuenda quæ pars ejus unaquæq; cenſuerit.*

NOn adeò inviti Aſtronomorum, vel Phyſicorum errata ferremus, niſi

Philoſophiæ nomen unicuicuiq; ſcientiæ attribueretur, uniusq; partis error, toti Philoſophiæ maculam inureret,in quo mihi vulgus imperitum Philoſophi referre videntur, dum alterius quam non profitentur ſcientiæ ignominiam patiuntur: Cũ enim (ut hoc exempli loco proferam) Germanorum vulgus uno penè omnes exteras nationes nomine complectatur,ſæpè fit ut quæ meruit Hiſpanus,ea vel Gallus,vel Italus ferre cogatur. Cùm itaq; Philoſophia generale nomen ſit, quod omnibus ejus partibus attribuitur, ſic univerſaliter non alicujus ſcientiæ reſpectu vera eſſe debent, quæ Philoſophica nominantur, ut ab omnibus quæ Philoſophicæ dicuntur ſcientijs excipiantur. Quamobrem nec Phyſices principia, nec aliquot Aſtronomiæ Philoſophica eſſe volumus, illa ſiquidem Metaphyſicus falſa eſſe convincat, hæc verò falſa in Phyſicis eſſe doceantur, cùm nec violenter quod ſemper movetur, nec ſimplex corpus contrarijs ferri motibus,ſitPhyſicè demonſtratum, quæ ſcientia cum aſtronomia prior ſit, huic axiomata ſuppeditare debuerat.Sed hæc admonere voluimus,ne qui principia mordicus appræhenderunt ſe,non qui contraria ſentiunt,Philoſophos eſſe jactitarent.

Philoſophica ſimpliciter non alicujus reſpectu debent eſſe vera.

AN COMPOSITA SINT NE-*ceſſariò quæ generantur & corrumpuntur.*

PHyſicos rerum mutationes moverunt, ut ex aliquibus principijs compoſitas eſſe ducerent, quod ſimplex eſt exiſtimantes nullis obnoxium eſſe mutationibus, ſed hoc mihi prius eſt demonſtrandum quàm admiſero, cùm elementa etſi mutantur ſimplicia ſint, ut multis poſtea probabimus. Hoc à contrarietate ſumptum eſt axioma: Cùm enim contraria ſolum & fieri,& corrumpi videamus, eaq; non per ſe ſubſiſtant,ſed in aliquo ſuſtineantur,materiam phyſici omnibus quæ corrumpuntur formis ſubeſſe ſtatuerunt, ſine qua nec eſſe,nec immutari poſsint:Sed utrunq; ſejunctis capitibus refutabimus, tum quod per ſe non ſubſiſtant contraria, tum quod materia licet admitteretur, quod corrumpitur componat.Sed quæ ad hanc diſputationem referri poſſunt, ſequentibus ea quæſtionibus exponentur.

Contraria ſolum Phyſicè mutantur.

QVATVOR ELEMENTA NON *ex alijs eſſe compoſita.*

MIrum ſi benè conſtructa eſt rerum naturalium ſcientia,tot ip ſi Philoſophiæ

phiæ partes repugnare, Metaphyſicam, (ut Theologiam omittamus) Dialecticam, Aſtronomiam, &c. Sed non hæ ſat poterant ejus errores demonſtrare, Medici quoq; fuerunt irritandi: Nam cum hi nec ratione, nec experientia quicquam elementis prius animadvertiſſent, ea rerum compoſitarũ prima principia conſtituerunt, quod ceu falſum reijcientes Phyſici, ſubtilia ſed ementita nihilominus excogitarunt principia, quibus elementa cum corrumpantur compoſita eſſe duxerunt, profundi tamen rerum ſcrutatores non in centro veritatẽ invenerunt, ſed excogitatum eo uſque mendacium protruſerunt, ea ſe abſcondita ſubtilitate falſo protegentes. Elementa itaq; an ſimplicia, vel compoſita ſint examinabimus. Quæ compoſita ſunt ita ſe habent, ut non unum quid exiſtant, ſed multiplex quiddam ex varijs ortum principijs in quæ vice verſa reſolvi poſsint: Nam ſi ex partium conjunctione res natæ ſint earundem ſecretione corrumpuntur, cumq; ſit aliquando facta cõpoſitio, ſempiterna eſſe nequit, quin ejus contrariam ſimplicia mutationem admittant, quod Phyſici claro demonſtrant axiomate, dum ſtatuunt omnino corrumpi quicquid generatur, quod nos etiam copioſe ſuo loco diſcutiemus. Quamobrẽ hæc nos ut quæſtioni accommode-

Nihil eſt elementis prius.

Compoſita quæ ſint.

Reſolutio compoſitionem arguit.

modemus, elementa ſi compoſita ſint, & mutentur, aut corrumpantur, in ſua ex quibus conſtant principia reſolventur: Quod cum primis de quibus diſceptatur principijs attribui nequeat, nequaquam ijs elementa conſtare fatebimur.

Elementorum nulla eſt reſolutio, ergo nec compoſitio. Sin autem reſolutionem nomines formæ à materia ſecretionem, ita falſo nominari reſpondebimus, cum ipſa non ad ſua unde facta ſunt principia reducantur. Aër enim dum in aquam corrumpitur aliam quidem aſſumit formam, ſed non ea quæ corrumpitur ſimpliciorem, ut non ea corruptio rei corruptæ principia demonſtret. Sed tandem inquies in aërem redit: Non aër tamen aquæ principium primum eſt, quod ignis eo fortè prius fuerit, ut neſciatur utrum elementum alterius ſit principium.

At ſi non hiſce movearis, mihi reſolutionis à corruptione diſcrimen oſtendito, mixtiones intueris, eaq; ſolum reſolvi animadvertes, quæ ſimplicibus conſtantia, prius ut conjuncta ſunt, poſtea ſic ſecernũtur. Elementa itaq; cum corrũpantur formæ ſunt naturales, cumq; non in alia reſolvantur ſimplicia ſunt, primaq; rerum compoſitarum principia, quod nihil hiſce in omni reſolutione prius aut ſimplicius animadvertatur: Nec mihi phantaſmata rationis ōbijcias, licet revera non ſeparentur, intelligi tamẽ poſſe principiorũ diſcrimẽ, falſa

Corrumpuntur formæ naturales, reſolvuntur etiam compoſita.

Phyſicus plura non debet ſta-tuere, quã comprobet experien-tia.

falſa ſiquidem prius eſſe dixerimus, quæ mente percipimus, niſi extra intellectum talia eſſe comprobentur: Nec urgeas ulterius Divina quæ in ſenſus non incurrunt, cum phyſica rerum ſenſibilium ſcientia ſit, non plura pro veris aſſumens, quam docuerit experientia.

Etſi verò rerum ſimplicium ſupra ſcientiam eſſe diximus, resq; ſenſiles non compoſitæ ſolum, ſed mutabiles etiam ſunt, aut indefinitæ: Ex ijs tamen notitiæ colliguntur quæ ſimplices ſunt, & ſcientem fallere nequeunt. Sin autem externas rei naturalis actiones, ea ipſa quæ intellectu appræhendiſti principia, in elementis quidem indiviſa demonſtrare alleras, hoc infrà falſum eſſe docebitur.

Denique ſi corruptiones opponas, aliquid nimirum (unde compoſitio ſit) tam uarijs elementorum ſubeſſe mutationibus, infrà tibi copioſè ſatisfiet, ubi hoc ipſo ſimplicia eſſe elementa demonſtrabitur.

AN CONTRARIETAS ELE-*mentorum compoſitionem arguat.*

NOn contraria ſolùm, ſed quæcunque primæ cauſæ ſubſunt omnia compoſita eſſe videntur: Cùm enim ſolus Deus ſimpliciſsimè ſit, ejus effectus ita exiſtunt, ut plurima non ſint, ſed aliquo ſubſtantiæ termino definiti, nec neceſſariò exi-ſtentes,

ſtentes,ab eo cui ſubſunt immutari poſſint. Quamobrem omnia (unico ſuijpſius quod principium eſt excepto) partim ſunt,partim etiam non ſunt, ut hiſce veluti principijs compoſita eſſe videantur. Contraria autem hac longè magis evidentẽ compoſitionem demonſtrant: Cùm enim ſub eodẽ genere contenta, plurimum à ſe invicem diſtent,genus & differentiam, ſpecies unaquæq; contraria,ceu definitionis,& ſubſtantiæ partes,habere convincitur, ſecundum quas vel conveniunt inter ſe communi videlicet materia,vel etiam forma differunt. Sed neutram vere compoſitionem nominari poſſe clarum faciemus. Illam quidem facile Philoſophi conceſſerint, quod formas à materia ſeparatas, etſi à prima cauſa dependent, omnino ſimplices eſſe ſtatuãt: Verũ & hanc pariter admittere debent: Vt enim eádẽ,atq; ſimplici ſubſtantiæ definitione illa eſſe & non eſſe dicuntur,ſic hæc quoq; ſimplici forma & conveniunt,& ab aliquibus differunt: cũ nõ eſſe, cõvenire,vel differre vocabula ſint relationis, quæ per accidens aliquorum videlicet reſpectu eo rebus competunt.

Omnia præter Deum ſunt compoſita.

Contraria non ſunt verè compoſita.

Simplex quid eſt & indiviſum rei cujuſque definitio,cum ſimplex ejus eſſe demonſtret, quemadmodum ſcire ſimpliciſſimũ eſt,licet ſcientia rationibus,& ſuis definitio partibus conſtruatur: Ijs enim

opus

opus habemus cum ſubſtantiam rei, non ut rem ipſam intuemur, ita cognoſcere poſſimus, aliorum ſiquidem reſpćtu ipſam intelligamus, à poſteriori nimirum ſciendi ducentes exordium.

Anima ſimplex exiſtens & genus & differentias habet.

Animan & aërem exempli loco tibi proponas: An non illa ſimplex eſt ſubſtantia, cum tamen huic collata non eſſe, (aër videlicet) convenire, quod utraque definita ſit ſubſtantia, quodque hic corporeus, illa verò ſit incorporea, differre dicatur? Sin autem actionen & paſsionem (quibus vera contraria definiumtur) differentiũ cauſarum conjunctionem arguere objcias, tibi tum reſpondebitur cùm quæremus. An formæ naturali materia neceſſariò ſubſtituenda ſit.

AN RERVM ETIAM MVTABIlium principia corrumpantur.

Corruptibiliũ corruptibilia ſunt principia.

CVm principia rerum conpoſitarum cauſæ ſint, easque ita conſtituant, ut actiones, motus omnis & cætera earum accidẽtia principiorum effectus exiſtant, Phyſicos ego miror quod rerum quæ corrumpuntur incorruptibilia eſſe principia nobis perſuadere conentur, cum ſimplicium naturam quod ex ijs eſt compoſitum omnino ſequatur.

Cõpoſita ſimpliciũ naturam ſequuntur.

Qualis eſt cauſa talis etiam eſt effectus, quod prima

ma hujus libelli parte verum eſſe diximus, ſi de cauſis per ſe intelligatur, cum diſcrimen aliunde contingere poſſit. Quoniam ergo principia propriæ, non per accidens rerum cauſæ ſunt, qualia ſunt, tales quoq; has eſſe conſequitur. Deum forſan objicies cum infinitus ſit omnia tamen quorum cauſa eſt finita eſſe nihilominus. Sed pulchrè tibi tertio tractatu reſpondebitur, ubi Deum dupliciter intelligendum eſſe docebimus, vel ut principium ſuijpſius quo nomine infinitus exiſtens, ſeipſum quoq; infinitum efficit, vel ut cauſam, cujus reſpectu finitum quid eſt atq; finita efficit. At hoc non per ſe (ut & cauſam eſſe) Deo, ſed per accidens attribuimus, cum non ſuijpſius, ſed aliorúm reſpectu aliquid feciſſe, facere, vel facturus eſſe dicatur.

Quid præter principia res conſtituit? Qui ſi res immutetur præter eadem corrumpitur? fumi, nebulæ, veſpertiliones & cætera forſitan atomorum inſtar latentia. Si totum corrumpitur quomodo partes integræ manent? At partes eſſe negabis: Eadem quoq; ratione totum vocamus, quod ex ijs eſt compoſitum. Reſpondebis fortè ſingularia quidem rei cujusq; principia corrumpi, non prima quæ rebus omnibus univerſali quadam ratione tribuuntur, ſed noveris interea nihil hæc conſtituere: Cũ enim meræ ſint intellectus notiones, rerum quæ ſunt extra intellectum cauſæ non ſunt, ut aliquid efficere valeant, quod ipſe Ariſtoteles ideas Platonis refutans egre- *Principia prima nil conſtituunt.*

giè demonſtrat, ea ſcilicet quæ ſunt in intellectu prius oſtendens in ſenſu fuiſſe, ut ſingularia potius univerſalium cauſæ ſint, quam viceverſa ſpecies , & genera ullum efficiant individuum. Quamobrem cum principia prima non conjuncta, ſed à ſe invicem ſejuncta ſint, ut materia prima ſit cui nulla eſt forma conjuncta, taliaq; nunquam ſenſus experientia demonſtraverit, ſolius ſunt intellectus, ut rerum corruptibilium in quibus non ſunt, principia non ſint dicēda. Vt autē duplicia ſunt quæ poſuit Ariſtoteles principia: prima videlicet atq; ſecunda, duplices ita res naturales eſſe ſtatuimus, quarum aliquæ ſingulares ſunt, ideoq; corrumpuntur, aliquæ verò ut ſunt earum ſpecies & genera ſemper manēt. Qua itaq; ratione prima rerum principia æterna ſunt, eádem & res ipſæ quas conſtituunt perpetuæ ſunt & incorruptibiles ut adhuc ſentētia maneat, tale quidvis eſſe qualia ſint ejus principia. Si verò unumquodq; principium per ſe conſyderatum corrumpi non poſſe cenſeas, ſed ab alio ſibi conjuncto potentiam accipere , ut immutari poſsit, tibi ſequenti quæſtione reſpondebitur.

Principia prima non ſunt conjuncta, nil ergo componunt.

Duplices ſunt res naturales, ut ſunt earum duplicia quoq; principia.

Objectio.

Principia per ſe non corrumpuntur.

AN SINT PER SE CORruptibilia rerum naturalium principia.

Etſi

ETſi quod quærebamus jam nacti ſumus, prima nimirum ejus quod corrumpitur principia, pariter ut ipſa res immutari, ut alia nobis quæſtione non opus eſſe videatur, an id per ſe fiat aut per accidens: Vt tamen materiam hanc probè tractemus, & unicuiq; ſatisfiat, hanc quoq; diſcutiemus. Nec materiam nec privationem corrumpi poſſe noſtri ſentiunt Ariſtotelici, ſed formam ut corrumpatur id ipſi à materia, & privatione ſimul junctis accidere.

Hoc mihi arrogantulus quidam negavit aliquando pertinaciter etiam & contumelioſè, aliquo motus Ariſtotelis loco, quem nec ipſe forſitan intelligebat: utut ſe res habeat nil nos movet. Authoritatẽ cum manifeſtiſſimè non accidentia rerum ſolummodo, ſed ipſamet formas immutari videamus.

Hoc ipſum proprietas ea principiorum quam excogitavit Ariſtoteles. Non fieri ex ſeinvicem falſum eſſe convincit: Si enim corrumpi poſſe formæ ſubſtantia eſt, hocq; à materia procedit, hujus erit effectus illa neceſſariò. Per ſe autem formam eſſe corruptibilem, hinc clarum fit, quod non per accidens ſolùm immutetur, ſed ipſamet ejus ſubſtãtia corrumpitur. Præterea per accidẽs nihil fit, niſi aliquod per ſe præſupponatur, quid ipſimet Phyſici certo velut axiomate proponunt, nihil videlicet efficere quod agit, niſi ſubjectũ quod patitur habilitatem

Principia non fiunt ex ſe invicem Non ergo agunt in ſe invicem.

Per ſe prius eſt quã per accidens.

tis reſpectu, ſed ſubſiſtentiæ ſit intelligendum. A quo autem forma eſt eidem quoque omnis hujus potentia, ut & actiones attribuuntur, mediante tamen forma, quæ horum cauſa eſt efficiens.

AN SIT COMPOSITA VEL *ſimplex forma rei quæ corrumpitur.*

CVm res per ſe, non ſecundum accidens aliquod immutatur, ſubſtantiæ principia, vel omnia, vel aliquod corrumpi neceſſè eſt, ſeu forma, ſeu privatio aut materia ſit. At quoniam nec materia, nec privatio quod nihil per ſe ſint, corrumpi nequeunt, ſola forma generatur, ſolum ſiquidem quod corrumpitur etiam generetur. Si verò rei formam corrumpi conceſſeris, non totum compoſitum, ſed unum tantummodo ejus ſimplexq; principium corrumpetur, quod tuum de neceſſaria ad corruptionem compoſitione, axioma ſubvertet. Quod ſi aquæ formam (ut rem exemplo demõſtremus) ſimplex ejus principium eſſe negaveris, ejus mihi principia proponito, quod ſi prætiteris, formam à numero primorum principiorum ſuſtuleris. Si enim elementum id intellectu ſepares materiam & formam ſimplicia videbis eſſe principia, quod his nihil prius exiſtat. Licet autem cum ſimul ſint, non unm alio vel

Sola forma corrumpitur: Ergo.

Forma vel ſimplex eſt, vel compoſita.

vel prius, vel poſterius, ſeipſa cõponere videantur, ut nec aquæ materia, nec ejuſdem forma ſimplex ſit, neququam tamen id exiſtimandum eſt: Non enim vel materiam vel formam, vel privationem, ſed quod ex ijs conſtituitur, nomine omnia complectenti compoſitum eſſe dicimus. Præterea ſi compoſitam materia & privatione formam eſſe conceſſero, non inde tamẽ ſimplicem formæ ſubſtantiam non corrumpi conſequetur: Nam nec materia, nec privatio corrumpuntur, ut ſeu conjũcta ſeu ſeparata ſint præter ſimplicem rei formam nil corrumpi poſsit. Deniq; ſi formam aquæ compoſitam eſſe dixeris, abſurdum ſanè fuerit in materia ſimplici totum compoſitum conſiſtere, quod etſi ſat evidens eſt, clarius tamen hac ratione reddetur: Si compoſita ſit forma vel à materia ſolùm, aut privatione, vel utriſq; componetur, plura ſiquidem non ſint unde componi poſsit principia. Sed nec privatio, quod nihil ſuum contrarium conſtituat, & negatio nihil etiam componat, nec materia formam aquæ componit, aliàs duplex in aqua poneretur materia, quæ ineſt videlicet atq; corrumpitur, & quæ ſubeſt compoſitam ſuſtinens formam, quod ridiculum quoq; fuerit.

Compoſitum ſua comprehendit principia.

Præter ſimplicem formæ ſubſtantiam nil corrumpitur.

Nec privatio, nec materia formam componere poſſunt.

Non eſſe duas in compoſito materias.

A N

AN SIT ADMITTENDA FORmarum compoſitio.

QVoniam numerus, ipſaq; numeratorum accidens eſt mixtio, nullam per ſe compoſitam eſſe formam videri poſsit: Cùm tamen actione mutua, & paſsione res mixtæ ſic immutentur, ut earum nulla integra maneat, ſed nova quædam forma inde oriatur quæ vires omnium referat, dubium non eſt quin compoſitæ ſint formæ, quæ multarum vires habent, differenteſq; proferunt effectus, quod in rerum mutationibus, tum maximè uſu medicamentorum eſt evidentiſsimum: Hoc tamen ſi admittatur Metaphyſices axioma reprobabitur, quo VNVM & ESSE idem valere dicuntur, ut quicquid eſt non multa, ſed unum ſit tantummodò: Non enim ſubſtantia, ſed quantitas eſt multitudo. Quamobrem ſi diverſarum virium aliquod nobis compoſitum offeratur, differentium quoq; formarum conjunctionem admittemus: Vt aqua & vino conjunctis, utraq; non alterutra ſolummodo compoſitum nominatur.

Vera mixtione res immutantur.

Vnum & eſſe convertuntur.

Multitudo non eſt ſubſtantia.

Si cera, oleo, & ærugine junctis unguentum componas, ex ijs nullum ſimplex manebit, ut eorum quodlibet compoſitum nominare poſſis. Nequa-

quam : Æruginem enim ſi compoſitam eſſe dicas, non partem ſed totum intelliges, quoniam ſub ea(ſi non ſimplicem animo concipias)oleum , & ceram compræhendes,unius nomine compoſitionis. Ærugo,cera, & oleo componitur : Hiſce verbis duæ ſimul continentur propoſitiones, oleum cera & ærugine componitur,cera oleo,& ærugine.

Non quod ſit ex multis eſt multa neceſſario.

Si autem præter eam conjunctionem una quædam forma generetur , quæ cum ex multis facta ſit,non ſimplex, ſed compoſita dici debeat,conſequi negavero quod ex multis fit vel multa vel compoſitum eſſe neceſſariò , ſi ſubſtantiam non accidens inde fieri exiſtimes : Vinculo enim,glutino,vel alia quavis ratione, unum quid ex multis fieri poteſt,quod & multa, & compoſitum eſſe dicetur:Sed quia generatione unum quid revera fit , forma ſcilicet ſubſtantialis , non conjunctione aut alicujus accidentis reſpectu,ſimplex id quoq; non compoſitum ſeu ab uno, ſeu ſit à multis eſſe judicamus:Rem enim quæ facta eſt per ſe, non cauſarum reſpectu conſyderamus, cũ per ſe multa ſint ſimplicia quæ per accidens compoſita ſunt. Sed ſi cauſis pertinaciter adhæreas, ut quod fit ex multis ſimplex eſſe non poſſe judices,totius compoſiti reſolutionem intuearis , an non inde ſimplex aër,aut aqua generatur? Præterea unum hoc tibi ſimul etiam conſyderandũ eſt

Ex multis generatione fit unum.

eſt,quod perſe unum eſt, eadem ratione multa eſse nō poſſe, ut ſi unitas ſit ſubſtātia lis, multitudo accidēs eſſe debeat. Quamobrem non ipſi formæ compoſitionem attribuemus cum una ſit,& ſine multitudine nil quicquam compoſitum vel eſſe, vel intelligi poſsit, ſed ejus accidens eſſe dicemus.

Quod per ſe unum eſt, per ſe multa non eſt.

At ſi quis ſimplex & compoſitum contraria eſſe judicet,ut ſub eodem genere contineantur,ſiq; illud ſubſtantia ſit, hoc accidens eſſe nequeat. Relativè oppoſita,non autē contraria eſſe conceſſero, quemadmodum cauſæ & effectus nomine, ſubſtantiæ accidens opponitur. Præterea cum ſimplicia totius compoſiti veluti partes exiſtant ſi ſubſtantiæ ſint ſeparatæ,ſi conjungantur nequaquam accidentia eſſe dixero, ſed ipſam compoſitionem non unius ſolum ſimplicis, ſed omnium etiam accidens eſſe ſuſtinebo conſtanter.

Simplex & compoſitum ſunt relativa non contraria.

Sin autem quæ facta eſt ex multis, corruptione in eaſdem reſolvi formam objicias, ut compoſitam eſſe oporteat, paucis reſpondebimus formam quidem corrumpi, ſed totum reſolvi compoſitum:Nam quod ex elementis inter ſe mixtis ortum eſt, ita ſe habet, ut & formam,& materiam contineat, quorum reſpectu compoſitum eſſe dicitur: Duplex itaq; in horum mutationibus etſi unus eſſe videtur, motus animadvertitur, quorum alter compoſitio videli-

Compoſita ſunt ſubſtantiæ,ſed accidens eſt compoſitio.

Compoſita materiam & formam habent.

 cet,

cet,aut reſolutio materiam, alter verò generatio vel corruptio formam denotat, ut ovum quidem in quatuor elementa reſolvi concedamus,ſed non ejus formam, quæ ut generata eſt ita corrumpitur : Totum enim ovum non ſolam ejus formam ex ijs factam eſſe conſtat, ut hanc conſequi non poſsit,quod ex elementis facta ſit , in eadem rurſum corrumpi.

Totum reſolvitur forma verò corrumpitur.

Mixtio vel compoſitio ſi vocabuli vim conſyderes mera eſt formarum conjunctio,ipſas nequaquam immutans. Phyſicis tamē eo nomine generatio formæ cujuſdam ſubſtantialis intelligitur:Sed nos propriè vocem uſurpare volumus, ut à toto rei forma, & reſolutio à corruptione diſtingueretur.

Præterea non ab elementis ſolùm ſed magis à gallina formam prodire novimus:Sic Aſtronomi rerum formas aſtris, materias attribuunt elementis,ut hæc mater, illa verò pater dici poſsint. Sed hic alia quæ non minus hac eſt ardua,oritur objectio:Si elementa ut materiam reiq; formam admittamus,ovum nō unam, ſed plures ſubſtantias eſſe conſequetur, ſicq; quod prius oppoſitum eſt axioma ipſi reijciemus. Hinc ut extriceris primum tibi rei cujuslibet genus , omnesq; illius ad ſpecificam uſq; differentias proponito: Vltima ſimplex ejus erit ſubſtantia:Licet enim præcedentes quoque ſubſtantiæ ſint,materiæ tamen,quæ rei

An ſit formarum multitudo in compoſitis.

Specifica differentia forma

rei nomen non dat, reſpectum habent. Hominem exempli gratia ſumito, is corpore conſtat inſtrumentali, animaq; quatuor diſtincta facultatibus: Sola tamen intelligendi vis, vna ejus ſimplexq; ſubſtantia eſt, qua differt à qualibet alia. Res itaq; multa quidem eſſe poteſt, non autem ejus ſubſtantia. Sed quæſtionem hãc ne nimium nos à ſcopo hujus diſputationis remoretur, in aliud tempus differemus, cum nunc etiam mihi non pauca reſtent dubia, quæ me (fatebor) ſuſpenſum detinent: Non tamen hæc propoſitum infringunt: Nam etſi aliquarum formarum compoſitionem admitteremus, non ideo compoſitas elementorum formas eſſe conſequeretur: De his enim dubitatur. *rationem habet, priores verò materiæ ſeu ſubjecti.*

AN FORMAS MATERIA *componat.*

NVllam ſine materia Phyſici compoſitionem admiſerunt, quod duplici nomine reijciendum fuerit, ſolæ ſiquidem formæ conjungi, totumq; componere poſſint, materiaq; niſi pro forma ignobiliori ſumatur, ut infrà dicetur, nihil omnino cõponat. Illud infinitis fermè patet compoſitionibus: Licet enim materiata forent omnia quæ compoſitionem ſubeunt, non tamen *Solæ formæ componunt.*

men

men ipſam materia vel efficet, vel promo- movet ulla ratione compoſitionem. Hoc verò partium naturâ docet, quæ partibus aliquid ſibi conjunctis addunt, ut ex multis ſubſtantijs unum quid fiat, vel externa ſolùm conjunctione, vel ſubſtantialis etiam formæ generatione. Verum materia cum per ſe nil ſit, ſed à forma quicquid eſt accipiat, quid ipſi tribuere dicenda eſt cujus reſpectu compoſitionem efficiat? Præterea cum præter ſubjecti notionem quid materia ſit neſciatur, ridiculum fuerit ipſi veras adimere ſubjectorum proprietates, quæ ſuſtinere ſolùm quæ inſunt, non autem componere dicuntur. Porrò licet quod animæ ſub eſt corpus hominem ut compoſitus ſit efficiat, id ipſum tamen quod ineſt nequaquam cõponit, quod etſi concederimus, non ob id tamen idem materiæ poſſet adſcribi, cum corpus formatum quiddam ſit, vireſq; habeat quibus animam afficiat, ut nec verè ſimplex dici poſsit, nec ſimplices exerat actiones: Materia verò nec forma ſit, nec ſubſtantiale quicquam habeat, quo agere aliquid, aut (quod ſine actione fieri nequit) aliud cõponere poſsit.

Aliquid enim alijs addunt partibus quæ componunt.

Subjectorum proprietas.

Animæ ſubſtantiam corpore compoſitam eſſe dictu abſurdum fuerit: Si tamen externam ejus conjunctionem, actioneſq; conſyderes non omnino ſimplex, aut libera dici poterit.

Sed

Sed infrà multis materiam planè non exiſtere, nilq; præter formas vel eſſe, vel componi poſſe demonſtrabitur.

AN CONTRARIA RERVM *mutabilium oporteat eſſe principia.*

VT principiorum numerum inveſtigaret Ariſtoteles generales quaſdam excogitavit proprietates, quas ſoli primæ contrarietati convenire poſſe judicavit: Cum enim contraria ſint quæ poſuit forma & privatio, ex ſe invicem non fiunt, cumq; prima ſint, nihil ſe prius habent ex quo fieri poſsint. Quoniam verò ſic omnia fieri animadvertuntur, ut non quodvis fiat ex quolibet, ſed ex certo quod habilitatem habeat, ut in id tranſmutari poſsit, meritò ex contrarijs omnia fieri diceda ſunt: Nam inter omnes oppoſitionum ſpecies nulla contrarietate magis definita eſt, ut quæ ſecus opponuntur minus certa ſint. Præterea nihil ſine actione mutua, & paſsione mutari cernimus, qnibus non relationem, contradictionem, &c. Sed ſolam definimus contrarietatem. Hæc pulchrè ſunt ab Ariſtotele conſtituta ut veri ſpecie, cujusq; ſi ſubtiliter intueatur, mentem poſsint deprehendere: Sed nos ea ſæpe conſyderantes

Principiorum proprietates.

Contraria certas faciunt mutationes.

Actione mutua quidvis immutatur naturaliter.

rantes longè aliud animadvertimus: Licet enim ex contrario quidvis fieri concedamus, principia tamen rerum ita poni volumus, ut ſi omnibus competant, unicuiq; ipſarum individuo poſsint adſcribi, cum falſa ſint quæ generi vel ſpeciei tribuuntur, niſi reipſa in rebus ſingularibus animadvertantur. Cum ergo ex contrarijs omnia fieri conſtet, contrariam alicui, rem quæ mutatur eſſe concedimus, at non ob id ejus contraria ſunt principia: Nam quia ſimplicia ſunt (aliàs ipſorum alia eſſent inquirenda, ſicq; prima non forent) & excellentium ut dialectici loquuntur graduum, in uno & eodem ſimul conſiſtere nequeunt. In aqua calorem & frigus eſſe videmus, ſed ex ijs neutrum ſimplex eſt, quoniam ex utroq; contrario, tepiditas medium eſt conſtitutũ. Ad hæc ſi rei corruptibilis contraria eſſent principia, non alij extra ſe poſitæ, ſed ſibijpſi contraria foret, nec ad mutationem alio extrinſecus, adveniente opus eſſet ipſi ſiquidem admiſſa contrarietate, in ſeipſa cauſam utramq; agentem videlicet, ac patientem haberet, quod & dialectica negat veritas, & quotidiana reijcit experientia.

Excellentium graduum contraria ſimul conſiſtere nequeunt.

Contraria conjuncta in ſe invicem agunt.

AN ACTIO ET PASSIO REI *corruptibilis contrarietatem arguat.*

Non

NOn unum movit Ariſtotelem argumentum ut contraria conſtitueret principia: Nam quod mutationes contrarietatem demonſtrant, illa non unius eſt rei, ſed duarum ſibi mutuo contactu conjunctarum, cum non ſine duobus illæ fieri poſsint. Aliud itaq; rem nobis faceſsit, ut dubium quod negamus eſſe videatur: Novimus enim unius & ejuſdem rei actionẽ & paſsionem eſſe, ut cum res una & agere poſsit & pati, contrarijs ipſa neceſſariò conſtet. Verum nec hoc magni eſt momenti, cum non paſsioni, ſed actioni ſit actio contraria, calfacere ſiquidem & frigefacere non frigeſieri contraria ſint, aut caleſieri, cum una ſit actio ejus quod calfacit, & ejus quod caleſit, niſi paſsionem vim quandẽ ſubjecti eſſe judices qua eam actionem ſuſcipiat, ſed hoc ipſo contraria non eſſe convinceretur: Nihil enim ſuum ſuſcipit contrarium, ſed cedit potius eo veniente; cum tamen paſsio pro actionis incremento augeſcat. Præterea etſi uni & eidẽ paſsio & actio tribuuntur, contrariaq; eſſe concederemus, non ideo tamen talia rei illius eſſe principia conſequeretur: Nam per ſe nihil patitur, ut ejus internum ipſi principium attribuatur, ſed externæ paſsio effectus eſt actionis.

Res naturalis agere patiq; poteſt.

Actioni non eſt paſſio contraria.

Contraria contrarijs imminuuntur.

Res agere per ſe dicuntur, ſed pati per accidens.

Ipſa quidem rei ſubſtantia patitur, ut per ſe non

per accidens affici dicenda ſit. Si tamen principium, & cauſam paſsionis, non ipſum qui in ſubſtantia eſt motum conſyderes, externum quid eſt, non aliquid per ſe rei competens, ut quoniam aliunde paſſio rebus accidit, non ut agere ſic pati per ſe dicantur.

At ſi rem per ſe patibilem eſſe aſſeras, ut ipſi paſsio eadem ratione competat, conſequi negavero: Potentia enim ſecundum quam res patibilis dicitur ſine actu, non autem ipſa paſsio ſine actione conſyderatur. Quamobrem actio & paſsio contrariorum quidem ſunt, ſed non contraia, cum in contrarium ſubjectum, contrarium aliud agat, ab unoq; termino proveniat utrumq; non à duobus. Sin autem dum calefit aqua contrarios effectus opponas, frigus nimirum & calorem, ut ab eadem cauſa non provenire videantur, paucis ſolum calorē induci reſpondebo, frigusq; prius in aqua fuiſse. Verum dubitari quoq; poſset.

Contrariorum ſunt actio & paſſio.

AN ACTIO ET PASSIO VNI *& eidem attribuantur.*

SI res à ſeipſa pati poſset, dubium non foret quin eidem meritò actionem & paſſionem adſcriberemus, uniuſque rei ſibiipſi contraria quoque ponēda eſsent principia: Cum tamen in omni mutatione contraria duo, reveraq; numero ſeparata, rela-

relationis vinculo, ut & contactu conjunganter, quorum aliud agere, aliud verò pati dicitur, niſi communi repugnare velimus experientiæ, contrariæ utriuſque ſunt cauſæ conſtituendæ: Licet enim motus unus ſit actionis, & paſsionis nec contrariæ mentio fiat actionis, non ſine contrarijs tamen cauſis conſyderari poteſt, paſsio ſiquidem non ut inſuper naturalibus ſimplex ſit agentis effectus, ſed ipſi ſubjecto partim ſit adſcribenda, ut quod ab igne aqua patiatur, non ille ſolum, ſed hæc etiam cauſa ſit: Non enim quidvis agit in quodvis naturaliter, ſed in id quod potentiam habet, ejus actionis ſuſcipiendæ. *Agens eſt patienti contrarium.*

Deus non mediante natura dum quid efficit ſic agit, ut actionem ipſam res quæ patitur nec adjuvet, nec impediat, contrarium in naturalibus mutationibus uſu venit.

Hinc naturalia ſic agunt & patiuntur ut ſe mutuo afficiant, quod ipſorum nec actio, nec paſsio ſimplex exiſtat, ſed extrinsecus variè immutetur utraq;. Etſi verò mutua hæc naturalium actio duos motus, osq; contrarios oſtendit, unius tamen liqua etiam eſt contrarietas, reſpectu videlicet agentis & patientis, ut nec in uno oſsint ambo termini ſubſiſtere, nec ab eadem cauſa proficiſci: Nam poſita paſsione onitur & ipſa contrarietas, cum non niſi *Agens eſt patibile, quod ſi-b ipſi videtur eſſe contrarium.*

contrarium naturaliter patiatur.

Hinc res naturalis omnino compoſita eſſe videtur, quod ſimplices ejus effectus eſſe negemus, cum ſæpius ſimile quod fit ei quod agit eſſe dixerimus: Verùm quidem eſt ſi per ſe intelligatur utrumq;: Nā per accidens hæc effectum intelligenda eſt compoſitio, cum extrinſecus impediatur quominus ſimpliciter & directè finem ſuum agens aſſequi poſsit.

Superiori quidem quæſtione paſsionem actioni contrariam eſſe negavimus, quod unus ſit utriusq; motus: Sed illud ſimpliciter intelligi volumus, non ſubjectorū reſpectu, cum ſine contrarietate actio & paſſio conſyderari poſsint, ut de ſupernaturalibus modo dictum eſt. Nunc verò paſsionem ejus nomine quod patitur actioni dicimus eſſe contrariam, non actionis ſolùm cauſā, ſed propriæ rei ſubſtantiæ, quæ paſsionem componens ipſam reddit actioni quodammodo contraria: Non tamen ideo contrarijs ſubſtantia conſtat principijs, cū paſsio qua patienti ratione contrariatur: (Ejuſdē enim eſt actione naturæ) nō in patiente, ſed extra ſui principiū habeat.

Paſſio naturalis quia compoſitum quid eſt à re agente proveniens, & habilitate ſubjecti quod actionem ſuſcipit, actioni dicitur eſſe contraria: Secus enim pro effectuum natura ipſi non contrariè, ſed relativè ſolum opponeretur.

Quamobrem ſi rerum in ſe invicem agentium,

tium,mutuum contactum, ut & actiones tibi proponas, multiplex apparebit contrarietas,utriusq; ſcilicet ſubſtantiæ, ſic actionũ & paſsionum. Hæc duo conjungas.

Aër calefacit.1. frigefit.2. aqua 3.frigefacit. 4.calefit.

Aër & aqua contrariæ ſunt ſubſtantiæ,actiones.1.&.3.ut & paſsiones.2.4.ſibi quoq; invicem contrariantur. Sed actiones.1.& 3.non ſimpliciter,ſed ſubjectorum reſpectu paſsionibus.2.& 4.contrariæ ſunt: Actio 1. paſsioni.2. non ſubjectorum reſpectu, quod unum ſit, ſed cauſarum & terminorum à quibus contraria eſt.Deniq; ut rem paucis abſolvamus, etſi remiſsis gradibus in aqua dum per ſe mutatur duo apparent contraria calor & frigus (non accidentia, ſed ſubſtantias intelligo)nequaquam tamẽ contraria ſunt aquæ principia niſi compoſitum quiddam ſit ex aqua & aëre: Quod quamvis concederem, duas ſcilicet generationis vinculo ſubſtantias ſibi invicem contrarias unum quid efficere, non tamen a rei principia dici poterunt, cum neutra mplex ſit, ſed alterius mixtione compoſi: Quin imò utramq; ſeparatam Phyſici mplicem eſſe negant, nullo minus connctæ tales fuerint.

Contrarietas in omni mutatione naturali conſpicitur.

Vt tepiditas in alteratione compoſitum quid eſt

ex frigore & calore, ſic in ſubſtantiali aquæ mutatione cum in medio per quod ad extrema tanſitur ipſa conſtiterit, ex duabus ſubſtantijs aqua, & aëre compoſitum quiddam animadvertitur, ut nec aër ſimpliciter, nec aqua, ſed utrumq; res quæ mutatur dici poſſit.

Contrariorum motuum termini non æq; ſunt contrarij.

Sed ut quæſtioni ſatisfiat actionem & paſſionem uni & eidem, eodemq; tempore tribuimus, duorum tamen motuum reſpectu, quo nomine tollitur contrarietas: Licet enim contrarij ſint motus, utriusq; tamen partes indifferenter contrariæ non ſunt, ut calefacere & frigeſieri, modo rem quæ patitur, non extrinſecus agentem conſyderes, aut agentis effectum qui naturæ patientis eſt contrarius. Quamobrem ut quod ſentio melius intelligas quæ patientis ſunt intuearis agere & pati, ea nullo modo ſunt contraria, ſed eidem inſunt ſubjecto, ab eademq; cauſa prodeunt: Sin autem qualitatem vel ſubſtantiam quæ paſſione ſubjecto inducitur apprehendas contrarietatem habebis frigus ſcilicet, atq; calorem, ſed numero ſeparatis non uni ſubſtantijs principium ejus, & cauſam adſcribemus.

Contrariæ cauſæ non poſſunt in eodem eſſe ſubjecto.

Agere & pati unius rei non ſunt, contraria.

Duo contrarij effectus in uno poſſunt eſſe ſubjecto, ſed non ipſum cauſæ: Cum enim ſubſtantiæ, perfectæ ſint (ſuis ſecundum Phyſicos principijs) nõ inſunt, ſed ſubſunt potius, aut ſi quo ſuſtineantur

tria

ia non unum res ipſa fuerit, contrariorum ſiqui-
:m unumquodq; ſuam ut ſubſtantiam, ſuum quo-
, nomen habeat, ſubjectum verò ſubſtantia ſit vel
tione ſolum vel etiam revera ſeparabilis. Conjun-
: quidem poſſunt. (Roſarum ſuccum ſaccharo
iſceas) ſed cùm unaquæq; ſeparatim conſiſtant,
uam diu duæ contrariæ ſubſtantiæ vel cauſæ ſunt,
a reſervant etiam ſubjecta,

Quoniam verò potentia contrariam rei
ujus eſt actionem ſuſcipiendi, potentiæ
ua res eadem in ſuum viciſsim agit con-
ra..um, contraria eſſe videtur, cum ſæpè
ictū ſit tales eſſe cauſas, quales ejus fuerint
ffectus, ideo quærendum eſt ulterius.

Non formæ cauſâ res agunt, materiæ vero patiuntur.

.N RES VNA VNIVS PRINcipij reſpectu pati & agere poſſit.

Idem contraria poteſt efficere.

CVm exiſtimarent Phyſici contrarios
eſſe in una re motus, nec unius cau-
e contrarios effectus eſſe poſſe ducerent,
ormæ materiam addiderunt, ut illius age-
e, hujus autem reſpectu pati res dicere-
ur. Sed boni doctores multis ſunt nomi-
ibus repræhendi, tum quod motuum
contrarietas, ut ſuprà dictum eſt, non in
ino, ſed duobus ſit ſubjectis, tum quod i-
lem contraria poſsit efficere, modo per
ccidens & per ſe illa dinſtinguantur. Solē

Cur ſol humectans tandem exiccet.

Non autē exiccans poſt humectet.

 enim

enim & exiccare, & humectare videmus, ſed hoc pro ſubjecti natura, illud verò ſimpliciter efficit, quæ cauſa eſt ut humectatio in exiccationem, non vice verſa in illam hæc tandem deſinat.

Non actio ſed paſſio motus eſt.

Paſſio ipſa, non actio motus eſt: Non enim quod agit, ſed quod patitur moveri cernimus: Licet itaq; motus unius principium, & finis alterius ſit in una re, non tamen ambo in unoquoq; ſunt ſubjecto, cum non duo ſed unum ſolummodo contrarium res patiens ſuſtineat, nec ipſa eodem tempore calefieri, & frigefieri poſſit. Motus non in eo eſt unde prodit, ideo in agente non eſt.

Idem quod agit ab alio corrumpitur.

Sic ab una eademq; forma rem agere dicimus, ejuſdemq; pati reſpectu, ſed ita ut actio proprius ſit illius effectus, hæc verò ipſi non à ſibi conjuncta materia, ſed extrinſecus exiſtente principio contrario proveniat: Nam ſi unum principium (materiam intellige) pati diceremus, aliudq; ut formam agere, non id ipſum quod agit corrumpi conſequeretur, ſed id quod patitur: Cujus enim paſsio, ejuſdem quoq; corruptio eſt, ut ſi quod agit corrumpatur pati neceſſario debeat: Id ipſum verò quod agit corrumpi quotidiana docet experientia, dum non aquæ materiam, ſed formam quæ aërem refrigerat, in aërem mutari cernimus: Nec eſt quod eandem quæ agit formã pati quidem concedas, ſed hujus ipſi po-

potentiam à materia prodire judices, cum ab hac res ut pati ſic & corrumpi dicatur, materiæ verè nomine ipſa corrumpi nequeat, res ſiquidem qua eſt generetur, ſed qua non eſt ratione corrumpatur, ut ſi materiæ conjunctio formam faciat ignobiliorem, potentiam ipſi quoq; tradat, ut nobilior fieri poſsit, non ignobilior cum jam talis exiſtat.

Res qua ſunt ratione corrumpuntur, generantur vero qua non ſunt.

Si rem corrumpi non ea ſolum qua quid eſt ratione ſtatuas, ſed qua non exiſtit aliquomodo, ut aqua in aërem ideo corrumpatur, non ſolum quod aqua ſit, ſed quod imperfectum quiddam ſit, cui aëris forma negatur. Nam ſi prius ipſam haberet, nequaquã conſequeretur : Concederem, ſed hoc ipſum non materiæ, ſed privationi quæ formæ opponitur, abſentiumque negatione difinitur, tribui deberet, quod infrà etiam falſum eſſe docebitur.

Sed hoc ut melius diſcutiatur videndum eſt.

AN FORMARVM INDIGNITAS à materia proveniat.

QVod formæ ſint ignobiliores, itaq; agant, ut viciſsim patiantur, & ab externis corrumpi poſsint, materiæ Phyſici cauſam adſcripſerunt, ſed hoc hinc falſum eſſe convincitur, quod una ſit omnium formarum naturalium materia

Eadem eſt formarum naturaliũ materia.

multiplexq; dignitatis earũdem differentia: Fortè tamen alias quidem alijs nobiliores eſſe fateberis, ſed in eo conuenire omnes, quod à contrarijs extra ſe poſitis patiantur, & corrumpantur, quæ communis indignitas materiæ debet adſcribi. Verùm hanc ipſam conſyderes gradus etiam admittit, ut cœlum (quod infrà diſcutiemus) corruptionem nunquam ſenſerit, ignisq; longè quam aqua difficilius immutetur. Cui quæſo huius differentiæ cauſa, materiæne an formis adſcribetur? Eadem eſt materia, nec eius reſpectu res à ſe invicem differumt. Formis ita (ni fallor) attribuetur, ut aliquæ eum nobiliores ſint, materiam alijs facilius cohibeant, aliæ potius eãdem ſupprimantur. Pulchrè quidem hæc videntur eſſe veritati conſentanea, ſi tamẽ ipſa paulò diligentius examinaveris longè aliud animaduertes: Quid enim formam hanc facit ignobiliorem, ut materiæ magis quam aliæ ſuccumbat? An non hæc ipſa formarum vel maior, vel minor indignitas, quam formis adſcripſiſti cauſa eſt, ut ipſæ corrumpantur?

Res formarum reſpectu ſunt ignobiliores.

Comparatiuus in eodem quo poſitiuus eſt prædicamento.

Simplex aliud eſt à poſitivo.

Magis & minus eidem attribuntur, cui & idipſũ quod indefinitè ponitur: ut doctum eſſe qualitatem denotat, in eodem quoq; prædicamento fuerit, qui magis vel minus eſt doctus. Forſan obijcies (ut ſupra monuimus) ſimplicem doctrinam mentis eſſe,

gradus

gradus verò à corpore provenire, ut hæc eidem non videantur eſſe adſcribenda. Paucis habeto ſimpliciter eſſe doctum gradus non admittere, ut magis vel minus ſimpliciter quis doctus eſſe dicatur. Præterea unius eſt mentis doctrina qualemcumque intellexeris. Sed hoc ad rem accommodemus. Forma per ſe non propter aliud, aut ſecundùm accidens magis patitur: ergo ſimpliciter quoq; per ſe patitur. Eadem ſubſtantia per ſe ſimpliciter, & magis patitur, ſed hoc reſpectu alterius, ut diſcrimen inter reſpectum & per accidens animadverti poſſit: Nam res per ſe pati dicituer in generationibus, etiam reſpectu alterius, ſed per accidens in alterationibus.

Differunt per accidens, & alterius reſpectu.

Fit quidem inquies, ſed mediante materia, quæ ſi non foret, formæ nihilominus vel magis, vel minus eſſe ut nobiles, earum tamen nulla corrumperetur: Ita bene, ſed quamobrē? Si per ſe forma ſit ignobilior, ut igne magis aqua patiatur, cur per accidens, & non eodem modo ſimpliciter ipſa pateretur? Subſtantiam quod per ſe, vel ſimpliciter exprimitur, denotat, ſed accidens quod reſpectu alterius intelligitur, ut ſi hoc formæ per ſe competat, illud eidem multo potiori ratione ſit attribuendum. Formam itaq; per ſe, ſimpliciter, non ſecundum accidens, aut alterius reſpectu ignobilem ut pati poſsit, nobiliorem verò vel ignobiliorem ſi alteri conferatur, ut citius vel difficilius patiatur, eſſe dicimus: Non enim

Per ſe ſubſtantiam denotat accidens vero reſpectus.

Forma per ſe patitur, magis verò patitur alterius reſpectu.

propriæ vel actionis, vel ſubſtantiæ, ſed alterius reſpectu hæc diſcrimina rebus attribuuntur.

Ita valere conſequentia poſſet : Materia ignis, aquæ, &c. per ſe patitur, per accidens formæ reſpectu quam ſuſtinet vel magis, vel minus: Non ita, Forma propter materiam patitur, propter ſeipſam non ob aliud minus quam alia patitur.

Corrumpi poſſe per ſe ſubſtantijs ineſt quæ corrumpuntur. Per ſe præſupponit quod per accidens eſt.

Omnem ergo formæ indignitatem, qua non accidens aliquod, ſed ipſam ſui ſubſtantiam agente alio amittere poteſt, non alterius cujuſquam, ſed propriæ ipſius eſſētiæ, fructum eſſe ſtatuimus : Nam ſi per ſe. (Hoc eſt talis ejus eſſet ſubſtantiæ conſtitutio) corrumpi non poſſet, per accidens ſanè, id ipſum non ſuſciperet, cum hoc illud omnino præſupponat. Materiam autem planè non exiſtere ſequētibus oſtendetur, ſi prius principiorum contrarietatem examinaverimus, an aliqua ſit in ijs quæ conſtruxit Ariſtoteles.

AN SINT FORMA ET PRIvatio contraria.

Ariſtotelis principia non ſunt contraria.

Vrgent Phyſici principiorum contrarietatè, ſed longe aliud reipſa demonſtrant : Nam quæ obtrudunt principia privativè non contrariè ſunt oppoſita, quod ipſum alterius nomen oſtendit, mera ſi qui-

ra ſiquidem ſit habitæ rei privatio, quæ cũ in formam agere nequeat, eidem quoq; contraria non eſt. At quoniam privatione non ſimplicem formæ negationem intellexit Ariſtoteles, ſed talem quæ potentiam ejus conſequendæ habeat, non ut in dialecticis nomen hic privativam denotat oppoſitionem, ſed contrariam: Sola enim contraria potentiam habent ut formam conſequi aliquam poſsint, cum præter ea nihil vel generetur, vel etiam corrumpatur. Etſi verò potentiam hanc in cæteris non animadvertimus oppoſitionum generibus, nequaquam tamen ſufficiens eſt, ut contrarietatem deſcribat: Non enim potentia, ſed actus actui contrarius eſt, cũ actione mutua contraria definiantur, ipſaq; potentia ſi futurum inſpicias nihil, ſi præſens nuda ſit habilitas non agendi aliquid, ſed patiẽdi: Quod ſi paſsio contrariũ nõ faciat (ut ſuprà docuimus) multò minus ejus potentia cuiquam contraria fuerit.

Privatio nil agit. Privatio Phyſica non eſt, ſimplex ejus quod habuerit negatio. Potentia habet privatio non agendi, ſed patiendi. Contrarietas non paſſione, ſed actione mutua deſcribitur.

Aëri aqua eſt contraria, non quod ab eo patiatur, aut pati poſſit, ſed quod in eum vel agat, vel agere poſſit. Sed hæc potentia rei ſubſtantia eſt, præſens quid, non futurum deſignans, cujus reſpectu res rei non jam eſſet, ſed foret contraria.

Cum autem non ſecundum accidens ſolum, ſed ipſemet (ut infrà patebit (ſubſtantiæ contrariæ ſint, non actus ſecundos ſolum-

Actus primi etiam contrarij. ſolummodo, ſed primos etiam ſibi invicem contrariari dicendum fuerit, ut quẽadmodum actiones, ſic & earundum potentias, quod cauſæ ſint, contrarias eſſe oporteat.

Si actio contrarietatem faceret, non ejus facultas, res ſecundum accidens ſolum, nec niſi conjunctæ forent contrariæ, cum motus ille res ipſa nequaquam ſit.

Duplex eſt in re naturali potentia. Duplex itaq; animadvertitur in re corruptibili potentia, quarum alia privationem, alia verò formam ipſam conſtituit, hæc vis eſt rei oppoſitæ contraria, ſed illa relativa potius, quod rei alterius actionem præſupponat.

QVID SIT PRIVATIO.

Privatio ſubſtantia eſt, aliàs ſubſtantiæ principium non foret. NI ſubſtantia ſit privatio, rei naturalis principium eſſe non poterit, cum nõ ſit effectu ſuo cauſa deterior. Si verò ſubſtantia ſit, non ſimplex erit negatio, ſed compoſitum quid ex affirmatione proprij cujuſdam eſſe, formæq; cujus eſt privatio negatione, quo poſito non principium primum, ſed principiatum quid dicenda fuerit, ſimplicioribus ſiquidem conſtaret. Hoc ut vitarent aliqui cum præter formam (quod ipſius eorum definitione patet) nihil ESSE rei tradere noſſent, privationem

nem ceu nihil exiſtens ſubſtantiale, principium non rem conſtituens, ſed ejuſdem mutationis eſſe judicarunt. At ſi mutationis principia deſcribere voluit Ariſtoles, non tria ſolum, ſed quinq; conſtituere debuerat, cum nihil ſine contrariarum formarum (quarum duæ quoq; ſunt privationes) contractu mutari poſsit. Præterea non accidentium, ſed ipſius ea eſt ſubſtantiæ mutatio, ut non accidentibus, aut negationi, ſed ipſimet eſſentiæ conſtitutioni ſit adſcribenda. Cùm enim per ſe corruptibilis ſit, in ſeipſa ſuæ mutationis habet principium, non ſufficiens equidem, ut rem ſolùm corrumpere poſsit, ſed habilem ut reddat corruptioni, quæ rei potentia (qua privationem definiunt, ſimplex ſiquidem negatio, rem mutationi præparare nequeat) ipſiuſmet eſt ſubſtantiæ, aliàs alterationem ſolum inferret, quo nomine diverſa non ſunt rei quatenus eſt, aut mutari poteſt ponenda principia. Non ſic ergo poterunt effugere, qui privationem ſubſtantiale rei principium eſſe negant. Cæterùm ut privationem intelligamus, in ſuas eſt partes dividenda, negationem & potentiā quæ rei corruptibilis principia dici poſſent, niſi formam conſequerentur, quod ut clarum fiat quærendum eſt.

Quinq; ſunt mutationis principia.

Subſtantiæ mutatio cauſam in ſeipſa habet.

Res eadē quibus eſt mutationis habet principia.

AN

AN NEGATIO PRINCIPIVM *ſit à forma diverſum.*

Contraria quodammodo compoſita ſunt.

SI prima rerum naturalium principia velis habere, ſimpliciter oppoſita, non contrariè ſummenda ſunt: Hæc enim cum ſub eodem genere contineantur (ut dialecticis definiuntur) plurimumq; à ſe invicē diſtent, partim conveniunt inter ſe, partim etiam differunt, ut uniuſcujuſq; contrarij compoſitio aliqua evidenter appareat. Oppoſitionum autem ſimpliciſsima eſt contradictio, ut ea non rerum naturalium ſolummodo, ſed omnium quæ quodammodo compoſita ſunt (qualia ſunt præter Deum omnia) principijs adſcribi poſsit.

Contradictoria non poſſunt eidē attribui.

Eſſe et nō eſſe omni creaturæ competunt, at non contradictoriè.

Cùm verò contrarietas in una re non ſit, multo minus contradictio fuerit: Illa enim ut ſimul remiſsis gradibus conſiſtere poſsint, ſed hæc nequaquam medium conſtituit. At non vera eſt ESSE & Non ESSE contradictio ſi diverſorum reſpectu conſyderentur: Subſtantia enim rei finitæ, partim eſt, partim non eſt, ut ipſi nō id ipſum cujus eſt affirmatio, ſed aliud extra poſitum negetur.

Nihil ſuijpſius eſſe cauſā, quicquid aliquomodo non exiſtit, hinc pulchrè liquet; quod in propria ſubſtantia negationem habeat, quæ ſine aliorum reſ-

pectu

pectu intelligi nequit. Deus autē ſimpliciſſimè exiſtit, vt nec ipſi quicquam denegatum ſit, nec alio quoquam ut uel ſit, vel intelligatur opus hebeat.

Si verò negationem ſine rei abſentis reſpectu intelligi non poſſe obijcias, ut ſubſtantiæ principium eſſe non poſsit: Non omnem reſpectum relationis eſſe paucis hebeto, hancq; accidens non illum eſſe neceſſario: Res enim reſpectu propriæ ſubſtantiæ, non accidentis alicujus, cæteris quæ non ſunt, carere dicuntur, ſed relativa ſubſtantiæ inſunt, quæ nihilominus ſublata relatione conſiſtit. Negatio itaque nec accidens, nec accidentium, ſed ipſius eſt ſubſtantiæ talis quædam conſtitutio, cujus reſpectu non ESSE quidem quod affirmatio demonſtrat, ſed FINITA dicitur: Hoc enim poſito plurimorum negatio ſubindicatur, ita ut hæc per ſe nihil exiſtat, ſed in forma conſiſtens alicujus affirmationem, ceu corpus ſolidum ſuperficies, neceſſario conſequatur.

Non omnis reſpectus eſt relatio.

Quid ſit negatio alterum creaturæ principiū.

Negatio formam ſequitur, at ſuperficies utramq;.

Negatio ab externa limitatione differt, quod hæc non affirmationem ſolum, ſed ipſam quoq; negationem conſequatur, nec in ipſa penitus ſit ſubſtantia, ſed ipſam extrinſecus modo circumſcribat, nec ipſam rei definitionem ingrediatur, ut ipſa negatio, quæ formam ita componit, ut nec affirmatio ſimplex, nec negatio dici poſſit.

Cùm vero forma non ſimplicem denotet affir-

affirmationem, ſed finitum quid exiſtens, omnino negationem arguat, res ipſa non ſimplex ejus principium nominanda eſt, cujus principia fortè dici poſſent affirmatio & negatio, ſeu ESSE & non ESSE. At quoniam ratione quidem diſtingui, ſed nullo modo ſeparari poſſunt, veram non efficiunt compoſitionem, quæ partium, vel ſubſtantiarum reſolutione cognoſcitur.

Duo ſunt rerum principia ESSE & non ESSE.

AN SINT AFFIRMATIO ET *negatio ſimul vel præcedat alterutra.*

SImplicisſima eſt affirmatio quæ ſine ulla negatione poteſt intelligi: Negatio ſimiliter ſimplex eſt quæ nullam præſupponit affirmationem: Illa Dei ſolius, ſed hæc prima Phyſicorum materia, NIHILVM eſt Theologorum: Nihil enim eſt cui denegata ſunt omnia.

Deus omnia eſt non lapis aut truncus quod hæc cum finitæ ſint ſubſtantiæ negationem admittant, quæ à Deo remotiſſimo eſt. Hoc infrà planius diſcutietur.

Affirmatio fuit negatione nondum exiſtente.

Cum itaq; ſimplex aliqua ſit affirmatio, negatio non item, hanc illam ſequi concludimus, quod & inde clarum fit, Deum cum ſolus ab æterno fuerit, negatione nondum exiſtente, quæ ſunt aliquando feciſſe, ut negatio

negatio tum ſit conſequuta. Porrò præter hanc affirmationem ſimplicem, quam ut cauſam præſupponit, aliam quoq; negatio denotat, cujus reſpectu à nihilo differt. Cùm ergo neutra ſeparatim eſſe vel intelligi poſsit, ſed finitæ ſubſtantiæ affirmatio ſit negativa, ſimul utramq; conſiſtere ſtatuimus, ſic tamen ut ratione vel dignitate, non tempore negatio ſit affirmatione poſterior. Res enim quatenus eſt, non ea qua non eſt ratione conſiſtit, licet ita exiſtat ut ſimul plurima non ſit. Sed hæc ſi principia vocare volueris, communiſsima ſunt omnium quæ principijs conſtant, ut alia ſint corporum, rerumq; mutabilium inquirenda, quod Ariſtotelica diſcutientes præſtabimus. *Res eſt affirmatione, finita negatione*

AN SIT MATERIAE VEL *privationi abſcribenda negatio.*

PRincipijs hiſce duobus à nobis jam poſitis, nullum ſimplicius invenietur, quod rem modo conſtituat. Cùm autem ſpeciebus, & individuis quæ generi competunt attribuantur, illa ipſa rerum ſunt naturalium, finitæ ſiquidem ſint ſubſtantiæ. Quoniam verò tria poſuit Ariſtoteles principia, nullam vel affirmationis vel negationis

faciens mentionem, abſurda profectò fuerint niſi formam ſub affirmatione contineas,& ſub negatione privationem,quod duplici ratione falſum eſſe demonſtratur,tum quia nihil quod finitum eſt ſimplicem admittit affirmationem , tum quia phyſicis privatio mera negatio non eſt , ſed talis quæ potentiam habeat aliquid efficiendi, quod aliquam præſupponit affirmationē. Præterea ſi forma ſimplex ESSE rei,privatione ſimplicem ejus limitationem intelligas , ut illius ESSE hujus verò non eſſe reſpectu dicatur, Quid ipſa tandem erit materia ? Affirmatio ne vel negatio, aut aliud aliquid ab utraq; diverſum ? Si affirmatio fuerit , duæ totum conſtituent ſubſtantiæ.Fortè negatio dici poterit. Mirari ſatis ſanè non poſſum,eò Phyſicos deveniſſe , ut duas in unoquoq; negationes conſtituerent.

Nulli finito ſimplex affirmatio competit.

Non ſunt duæ in una re negationes.

Vnius quidem affirmationis infinitæ ſunt negationes ut ſi hoc ſit lapis,ferrum non ſit, homo non ſit, nec aſinus , &c. ſed hæc ſemel non bis negantur. Quamobrem ſi materia horum omnium negatio ſit,alia non opus eſt voce qua pariter omnia , vel ex his aliqua compræhendas. At ſi materia univerſalis ſit formarum negatio , ſed unius ſolum certæq; privatio,hujus certè materia genus extiterit, ut Petrum animal eſſe dicimus.

Materiam & privationem formarum negatione

gatione definiverunt,ſed diſcrimen quæſo proponas inter utramq;.An differunt etiam negatione?Nequaquam:Cùm enim negatio nihil ſit, eſſētialem nullam habet differentiam, ſed affirmationes conſequitur, quarum reſpectu diviſionē quoq; admittit, hinc negatio alia generalis eſt omniū formarum,quæ NIHILVM dici poſſet.Alia formæ uni conjuncta cæterarum eſt,quā alterum vocamus rerum finitarum principium:Alia ejus eſt quod habueris, vereq; privatio dicitur. Alia deniq; certæ cujuſdā eſt formæ, illius videlicet quæ ſibi conjunctæ contraria eſt,unde certa in rebus oritur mutationum viciſsitudo,ut rerum mutabilium alterum principium dici poſsit. Sed hæ ſunt affirmationum differentiæ quibus per ſe,ut negationibus ex accidenti competunt.Eodem fortè modo diſcrimen inter materiam & privationem intellexeris.Exponas igitur: Neſcius enim ſuum fatebor ingenuè,lubens audiam,quid cauſæ ſit,cum ſimiles ſint omninò negationes , uniq;& eidē formæ jungantur,quod hæc aliā ab illa differentiam aſſumat,ut hæc negatio formā ſuſtinere, illa verò patibilē efficere poſsit, quod & hac ratione fit abſurdius:Cū enim à forma prodeant illæ actiones,quibus materiā & privationē diſtinguis,cur non ſeipſā ſuſtinere,ſeq; patibilem efficere dicitur?

Negationes per ſe nullas habent differentias.

Negationis differentiæ.

Differentiæ negationibus ob affirmationes competunt.

Quod ſit inter materiam & privationem diſcrimen.

Hiſce fortè fit mediantibus. Pulchrè ſcilicet negationibus actiones attribuuntur: Nam ſi nihil efficiant nec media, nec inſtrumenta dici poſſunt. Sed ut materiam & privationem an ferri debeant notum fiat rei naturalis proprietates examinabimus.

CVI SIT ADSCRIBENDA *patiendi potentia.*

VEritatis eſt regula dictorum vel intellectorum conſenſus cum rebus in ſenſu conſiſtentibus ut quod alias eſt dictũ cogitationis phantaſma ſit,quod nuſquam extra intellectum conſiſtit. Licet autem multa mente percipiamus, quæ non ut intelliguntur,ita ſe ſenſibus offerunt, & ratione ſejungamus, quæ revera nullo modo ſejungi poſſunt: Omnia tamen certis indicijs probat experientia, ut ſi materiam eſſe,vel privationem intelligas, actiones edant oportet, quibus quæ perceperis ita ſe habere demonſtres. Rem itaq; naturalem ſic agere videmus,ut viciſsim patiatur. Hoc equidem alterum principium arguere videtur,ſed ſupra multis oſtenſum eſt, id ipſum quod patitur agere, nec diverſum ab eo quod agit eſſe quod corrumpitur. Sed age caſum ponito admittatur.Cui paſſionis

Intellectũ probat experientia.

ſionis iſtius cauſam adſcribes, materiæ ne an privationi? Huic multo potiori ratione quod formæ (tuâ quidem ut Phyſicus es ſẽtentiâ) contraria ſit: Materiæ tamen ipſam ceu comitem individuum attribuunt, ut quid reſtet quo privationem definias non videam. Nam ſi materiæ, non privationis cauſa res patietur.

Materia formam facit patibilem.

Non conſequi videtur quod aſſerimns cum unius, cauſæ plures eſſe poſſint: Differentes equidem, ſed unius actionis non ſunt duæ vel plures efficientes cauſæ, in uno ſubjecto conſtituendæ: Nil enim fruſta natura facit.

Patitur quidem inquies ob materiam indefinite, ſed ob privationem ab una certaq; forma. Conceſſero ſed jam privationem à materia ſecunda diſtinguito: Cùm enim prima formam indefinitè patibilem efficiat, ſecunda cum certa forma definita ſit, definitè quoq; patibilem efficiet. Præterea ſi materiam primam ponas, prima quoq; tibi eſt admittenda privatio, cum hæc pariter atq; illa primum ſit principium. Talis autem non hujus, aut illius eſt formæ, ſed primæ, ut indefinitam non certam efficiat mutationem.

AN SIT HAEC AFFIRMATIonis, *negationis aut utriuſq; potentia.*

PVgnam hãc ut dirimamus nec materiæ nec privationi potentiam hanc adſcribimus: Cùm enim negatio ſit utraq; neutra eſt alicujus efficatiæ, ut vel immutare vel actioni quicquam præparare poſsit, ex quibus intelligitur nequaquam ſimplicia eſſe Phyſicorum principia, cum materiæ & privationi negationibus talia tribuerint, quæ ipſius ſunt affirmationis. At ſi negationem omnino cauſam eſſe ſtatuas, ut res corrumpi queant: Nam ſine hac infinitæ forent & immutabiles: Non refragabor modo non negationi, ſed affirmationi primo talia tribuas, forma ſiquidem quatenus eſt agat, patiatur ea qua ſic exiſtit ratione, ut multorum negationem habeat primæ cauſæ reſpectu, privationem ſecundarum. Ab ea ſiquidem res immutari poſsint, quod finitæ ſint, à contrarijs quidẽ talis ſit ipſarũ conſtitutio, ut & agant in ſeinvicem, patiarturq; viciſsim. Quamobrem ut negatio res primæ cauſæ ſubijcit, ſic privatio quæ certa eſt formæ alicujus & determinata negatio, cauſa eſt ut à contrarijs patiantur. Denique rem paucis ut contrahamus nec

Nil agit negatio.

Forma propter negationem patitur.

Privatio alterum eſt contrariorum principium.

Negatio res primæ cauſæ ſubijcit, privatio contrarijs.

nec negationi ſolum nec affirmationi, ſed utriq;,formæ videlicet,ſeu toti compoſito hanc corruptionis potētiam adſcribimus, ut affirmatio ſeu ipſum ESSE rei ob negationem patiatur, aut pati poſsit,non vice verſa ob affirmationem negatio: Non enim quod non eſt in rebus, ſed ipſamet earum ſubſtantia,quidvis agit,aut patitur. Cùm ergo privatio mera ſit,ſed certæ formæ negatio, non eſt quod ipſi potentia hæc attribuatur:Id ipſū enim quod patitur, pati poteſt,at ipſa ut modo dictum eſt non patitur negatio, ut eidem hæc quoq; potentia detrahenda ſit.

Affirmatio patitur ob negationem.

Privatio eſt mera certæ formæ negatio.

AN SVBIECTO FORMAE OPVS *habeant,ut ſubſiſtere poſſint.*

PRimam rerum corruptibilium proprietatem diſcuſsimus quæ privationem formæ contrariam facere videbatur,altera quoq; nobis examinanda eſt,ut an materia ferri debeat animadvertatur.Formas itaq; naturales Phyſici ſine ſubjecto ſubſiſtere non poſſe ſtatuerunt, quod ſi concederetur non ſubſtantiæ, ſed accidentia forent, illæ ſiquidem per ſe non in aliquo, vel ab aliquo,ſed vi propria ſubſiſtant, hæc verò non ſubſiſtere,ſed ineſſe dicantur.

Subſtantiæ per ſe ſubſiſtunt.

Formam in materia ſubſiſtere dices, à forma verò

materiam, ut neutrum ſine altero ſubſiſtat, diſcrimenq; inter utrumq; poſſit animadverti, quod cum perpendiſſem ſubſtantias à nullo, ſed vi propria ſubſiſtere dixi, ut ab accidentibus illæ ſejungerentur: Nã quod abſq; alio ſubſiſtere nequit proprium eſſe non habet, ſed ejus ſine quo eſſe nequit. Noveram equidem à Deo ſubſtantias omnes eſſe, quod tamen ſubſiſtant proprium quid eſt, cujus origo ad primã cauſam referri debet. Sed hoc infrà melius intelligetur, ubi res non fieri, ſed factas eſſe demonſtrabitur.

At Dialecticis forſitan inquies perfectæ intelliguntur ſubſtantiæ, ſed illas Phyſici dividunt ut earum principia cognoſcant, quæ niſi conjuncta ſubſiſtere nequeunt. Pulchrè profecto formam ſi perſe conſyderes imperfectam vocaveris ſubſtantiam. Imperfectas ego quidem ſubſtantias admiſero, ſed eas dum generantur. Perfectum enim dicimus quod finem ſuum eſt aſſequutum. Præterea ſi forma ſine materia ſubſiſtere nequeat, propriam hæc omnino ſubſtantiam habebit, cum (ut aliâs à nobis eſt dictũ) per ſe præſupponat quod per accidens eſt.

Forma nõ eſt imperfecta ſubſtantia.

Negationem obijciet aliquis per ſe nihil, ſed aliquid eſſe formæ reſpectu, quod ego negavero: Simplex enim negatio, nec per ſe, nec per accidens quicquam eſſe poteſt. Negatio itaq; principium per ſe non nihil eſt, aliàs nec eſſet, nec intelligeretur, ſed limitatio eſt affirmationis, negatio videlicet affirmativa, ut affirmatio ipſa negativa eſt, Nec illa eſt affirmationis

mationis umbra, negationis accidens, ut per ſe nihil dici poſſit.

At materiam per ſe nihil eſſe concedent Ariſtotelici, formæ ſiquidem quicquid ipſa eſt attribuant, ut præter objectum axioma poſsit aliud abſurdum inde concludi, effectum videlicet ſuæ ipſius cauſæ cauſam eſſe: Cum enim cauſa ſit quod alteri tribuit eſſẽtiam, forma ſine materia non valens ſubſiſtere, hujus eſt effectus, cumq; viciſsim materia ſine forma nil omnino ſit, à proprio ſubſiſtit effectu. Sed quoniam à contrarietate præcipuum hujus opinionis argumentum ſumpſerunt, operæprecium fecerimus, ſi vocemus in dubium.

Cauſa eſt quod alteri tribuit eſſentiam.

AN PER SE NEQVEANT *ſubſiſtere contraria.*

PVlchrè Phyſici Dialecticam inſtrumentum, normamque veritatis eſſe demonſtrant, quod à logicis eſt poſitum axioma. Subſtantiæ nil eſſe contrarium, ſuis hiſce principijs abijcientes. Etſi vero falſum illud eſt, malè tamen à Phyſicis impugnatur, perfectas ſiquidem (quales Dialectici conſyderant) ſubſtantias, non phantaſticas earum partes, ſibi invicem noverimus eſſe contrarias. Cùm enim contraria ſint quæ ſub eodem genere poſita plurimùm à ſe diſtant,

Malè refutantur à Phyſicis dialectici.

Duarum contrarietas eſt ſpecierum.
Species ſunt unius generis contraria
diſtant, non forma privationi contrariatur, ſed duarum eſt contrarietas ſpecierũ, quæ generis nomine conveniunt, ſed à ſe invicem ſpecifica diſtinguuntur differentia. Quamobrem ſi formam & privationem cõtraria vocaveris, utriq; genus idem attribuetur, propriaq; differentia, quo poſito duas numero ſeparatas ſpecies eſſe conſequetur. Non hæc equidem negari poſſunt, quibus Dialectici contraria definiverunt, definitioni tamen alia erant adijcienda, quibus à privativè, & relativè oppoſitis ipſa diſtinguerentur: Hæc enim ſub eodem contenta genere, plurimum à ſe diſtant. Differentiæ igitur loco ponenda fuerat, mutuùm agendi, patiendiq; conceſſa facultas.

Inſufficiẽs eſt contrariorum definitio.

Contraria in ſe invicem agunt, & patiuntur.
Per ſe contraria ſubſiſtunt.
Totum non aliqua ejus pars alteri contrariatur.
Cùm enim ex contrarijs omnia fieri videamus, nil immutatur omnino, quin viciſſim agere poſſit, in id a quo patitur. Ergo ſi forma ſine privatione, vel materia pati nequeat, ſine ijſdem nulli cõtraria eſſe poterit, ut ſi materiæ conjunctio formam reddat alicui contrariã, hæcq; duo totum, perfectamq; ſubſtantiam efficiant, per ſe contraria ſubſiſteri conſequatur. At ipſa privatio formã ſibijpſi contrariam non efficit, ideoq; nec illius hæc agit, aut patitur reſpectu. Totum itaque non ejus aliqua pars, cum agat & patiatur, alteri pariter agenti & patienti, non uni ejus vel agenti, vel

vel patienti principio contrarium eſt,cujus natura eſt,non ut in aliquo, ſed per ſe ſubſiſtat,totũ ſiquidẽ Phyſicis in eo conſentiẽtibus , eo conſtet quod ineſt & ſubijcitur.

QVA RATIONE SVBSTANtia *ſubſtantiæ contraria ſit.*

IGnem aquæ notiſsimum eſt eſſe contrarium,quod ut ſuo dialectici conciliarent axiomati,ſecundum accidens, non per ſe ſubſtantias eſſe contrarias intellexerunt, caliditatis nimirum & frigoris reſpectu. Præclarum ecce modo effugium , quomodo aqua calfacta igni contraria fuerit,ſi caliditas ipſam ei contrariam reddat?An non duo, diverſiq; in aqua motus animadvertuntur , ut duplex quoq; admittenda ſit contrarietas ? Ex contrarijs omnia fieri ſupra conceſſum eſt:Cum igitur ſubſtantia fiat,ex contrario fieri debet,cumq; accidẽs ſubſtantiæ contrarium eſſe nequeat, reſtat nihil quam ut ſubſtantias ſibi invicem contrarias eſſe concludatur. At ſi formam ſolum non materiam fieri obijcias , ut ſola quoq; contraria ſit, non rei partẽ,ſed totũ fieri vel corrumpi reſpondero: Communi ſiquidem ſermone aquam, non ejus ſolam formam mutari convincatur , dum ipſam non calidam (ut in alteratione) non igneam,

Non ſecundum accidens ſolum contrariæ ſunt ſubſtantiæ.

Quicquid fit ex contrario fit. At ſubſtantiæ fiunt ex ſubſt. Ergo Totum non aliquam ejus partem corrumpi.

igneam, ut ea denominatione ſubjectum aliquod immutatum reſtet, ſed ignem fieri dicimus, quo poſito ſubſtantiales apparet in nullo ſubjecto fieri mutationes, ſed ſubſtantias ut dum ſunt per ſe ſubſiſtunt, ita dum mutantur, per ſe non in aliquo fieri ſubjecto. Præterea ſi aquæ frigus ignis ardori contrarium ſit, tales quoq; cauſas eſſe conſequitur, ut ſæpè poſito conſtat axiomate. Verùm ardua hic oritur objectio: Nam ſi bono malum (ut eſt) contrarium ſit, ipſæq; (ut ſuprà dictum eſt) per ſe bonæ ſint ſubſtantiæ, per ſe quoque malas eſſe conſequetur: Quæremus ergo.

Subſtantiæ ſine ſubjecto poſſunt ut ſubſiſtere ſic immutari.

AN SIT ALIQVA SVBSTANTIÆ BONI, MALIQ; CONTRARIETAS.

PEr ſe ſubſtantias omnes, quod Dei ſint opera, bonas eſſe ſuprà multis demonſtravimus, ut hoc in loco nulla per ſe mala nobis obtrudi poſsit: Cum autem bonum & malum contraria eſſe multi ſine ulla vel diſtinctione, vel remiſsione objiciant, ortus eſt vulgi, vulgoq; ſimilium doctorum error aliquas per ſe malas eſſe ſubſtantias, quod ſi admittendum foret, animam exempli vice propoſitam, cui contraria ſit poſtularem: Deo ſiquidem nil contrarium ſit. Sed hæreſis illa ut à nobis ſuprà multis eſt oppug-

Nulla per ſe mala eſt ſubſtantia.

oppugnata, ſic in infinitum penè deduci poſſet, ut terminus non foret abſurditatibus. Bonum itaq; concedendum eſt, aliquod nulli malo contrarium, cujus res reſpectu dicantur exiſtere, ut res non quatenus bonæ ſunt, alijs ſint contrariæ, in eo ſiquidem non differant, ſed quatenus ita conſtitutæ ſunt, ut in ſe invicem agant patiantur, quod malitiam nullam arguit: Hæc enim rerum viciſsitudo finis earum eſt, & perfectio. Quod ſi pertinacietr contrarietatem apponas, cum ſubſtantias quæ contrarie ſunt, per ſe bonas eſſe dixerimus, ut ſi ſubſtantia ſit una bonitas, & contrarietas, ſubſtantiam bonam & contrariam, bonitatem verò eſſentialem eſſe oporteat, & contrariam: Non refragabor ulterius, ſed bonum tamen id bono, non malo contrarium eſſe concedes omnino, cum nec ignem, nec aquam malam eſſe, dicere poſsis. Eſt ergo bona utriuſq; ſubſtantia, nec alicujus accidentis reſpectu ſolum alteri contrariatur, ſed ipſamet ſubſtantia ſubſtantiæ contraria eſt: Diſcrimen tamen inter bonitatem & contrarietatem animadverti debet, ne cum contrarietas aliquid mali denotet, id ipſum ſubſtantiæ attribuatur: Contrarietas itaque non autem bonitas alterius intelligitur reſpectu, quo nomine ſubſtantia per ſe quidem bona, ſed alteri mala

Bonum aliquod nullo malo contrarium eſt.

Contrarietate naturalia perficiuntur.

Bonum bono contrarium eſt.

Diſcrimen inter bonitatem & contrarietatem.

mala dici poteſt,contraria verò per ſe,non ſimpliciter,ſed alij collata. Exempli loco naturæ difinitionem aſſumito,quæ principium & cauſa motus,& quietis eſſe dicitur, primo , per ſe non ſecundum accidens, multa ſiquidē rebus per ſe tribuantur, quæ non ſine reſpectu alterius intelliguntur:Vt Dei mundus eſt effectus per ſe quo ad ſubſtantiam : Non tamen ut in ſubſtantia ſi effectus,ſine alterius (cauſæ nimirum)reſpectu,ſimpliciter nominatur.

Quid ſit natura.

Si quemadmodum ſolis lumen effectus eſt, mundum à Deo provenire quis afferat : Vna Dei foret, mundiq; ſubſtantia , nec hujus ſine illius reſpectu poſſet intelligi. Non enim propriam,ſed ipſius Dei mundus ſubſtantiam haberet: Sed infrà ſubſtantias utriusq; ſeparatas eſſe docebitur.

AN MATERIA FORMAE *ſubijciatur.*

CVm per ſe contraria ſubſiſtant, ea ſimpliciter eſſe , non ineſſe demonſtravimus. Vt autem res accuratius expendatur , ipſius ſubjecti rationes examinabimus, Primùm itaq; ſubjectum Phyſici materiam eſſe ſtatuerunt , cumq; ſubjectum id deſcriberent , tale quid eſſe dixerunt quod nec forma ſit , nec ullâ definitum.

Materiæ genus eſt negatio, ſubjectum differētia.

Materiæ

Materiæ non ſubjectum ſed negatio genus eſt. Cùm enim quid ſubjectum id ſit quæritur, tale quid eſſe reſpōdetur, quod nec forma, nec formatū quicquā ſit, ut ſubjectum negationis differentia ſit, qua differt ab ipſa (ut ſuprà dictum eſt) privatione: Generis tamen rationem obtinet, ſi non cum privatione, ſed cæteris inferioribus ſubjectis conferatur.

Dignum ergo quæſtione fuerit, an res ea qua non, vel qua minus ſunt ratione ſubijciantur. Hoc ſi aſſerueris primum ſubjectū rerum omnium quæ ſunt ignobiliſsimum eſſe conſequetur, ſin illud, Nihil: Nam ſi foret aliquomodo non ſubijci ſolum, ſed ineſſe diceretur, ſicq; primum non foret, cum (ut ſecundam Phyſici materiam definiunt) ſecundum ſubjectum ſit aliqua definitum forma, cujus reſpectu etiam ineſſe dicitur. Quamobrem cum primum ſubjectum ſubeſſe ſimpliciter oporteat, & inſit omne quod eſt, materiam primam NIHIL eſſe concludimus: Statuendum eſt igitur non qua res non ſunt ratione ſubijci, cum aliquid oporteat eſſe neceſſariò, quod efficit aut operatur aliquid, ſed qua minus ſunt, ut quæ nullis inſunt formæ, ſed alijs ſubijciuntur, ignobiliſsimæ ſint, quæ verò ſubijciuntur nulli, ſed inſunt, nobiliores, magiſq; cæteris exiſtant. Vt itaq; cauſarum ordo primā arguit, quæ ſuijpſius eſt principium, ſic inter ſubjecta primū eſt admittendum,

Res qua minus ſunt ratione ſubijci.

Materia prima NIHIL eſt.

Quæ ſunt formæ nobiliores.

Primùm ſubjectum quid ſit. mittendum, quod ut reliqua ſuſtineat, à nullo, ſed à ſeipſo ſuſtineatur, ne progreſſus in infinitum extendatur, donec NIHILVM ſimpliciter attigeris. *Quatuor elementa prima eſſe compoſitarum formarum ſubjecta.* Primas ergò formas elementa quotuor eſſe dicimus primaq; ſubjecta, cum nihil ipſis minus exiſtens inveniatur: Nam ſi quid ipſis ſubijciatur, talem oportet eſſe ſubſtantiam, quæ per ſe, hoc eſt, in nullo ſubſiſtat, quod æquè ac ipſi poterit elementis attribui.

CONCLVSIO PAVCIS SVpraſcripta comprehendens.

NEc compoſitum eſſe neceſſariò quod corrumpitur, nec contraria rei unius eſſe principia, multis eſt ſupra demonſtratum: Privationem præterea formæ contrariam non eſſe, nec materiæ vel privationi ullam, vel potentiam, vel actionem abſcribendam eſſe probavimus, ut nec admitti ceu principia poſsint, ni ſimplicem alterutra negationem intelligas. Vt autem forma ſubſiſtere poſsit alio vel non, vel minus exiſtente, non opus eſſe docuimus, ut non niſi ſecunda materia, quæ forma eſt aliam ſe ſuſtinens nobiliorem, concedi debeat. *Privationem per ſe non eſſe rebus attribuenda* Privationem verò per ſe rebus attribuendam non eſſe, hinc patet quod res eo ipſo quod eſt privari non poſsit, ſed acciden-

ſi

ſit omne quod te ſalva nihilominus, amittitur. Aquam itaq; cum ignem numquam habuerit eo privari negaverimus, ut generationes & corruptiones habitu & privatione nullo modo ſint definiendæ. Denique ſi privatio ferri debeat, pro certæ cujuſdam formæ negatione ſummenda eſt, ut poſtmodo demonſtrabitur. Rem ergo aggrediemur aliaque principia hiſce reprobatis ſubijciemus.

ALIA PRINCIPIORVM DEMONſtratio.

QVOMODO SINT INQVIRENDA *rerum principia.*

SI res ignoremus, earum principia neſcire poterimus, ut quæ ſe noſtris ſenſibus offerunt, noſtroq; percipiuntur intellectu, bene prius omnia, quomodo conveniant, quoq; modo ſingula differant, examinanda ſint, quam vel horum vel illorum principia conſtituantur, hinc genera, ſpecies, differentiæ, propria & accidentia, ceu amuſſes à Dialecticis exhibentur, qui-

Quinque prædicabilia Philoſophandi ſunt principia, Philoſophiæ vero prædicamenta.

bus rerum cognitionem poſsis aſſequi. Primùm ergo prædicamentorum ordinem, non accidentium modo, ſed ſubſtantiarum principia quærentes aſſumemus, ut Dialecticam Phyſicæ conciliemus, quod in multis Ariſtoteles omnino neglexit, tum maximè hac in parte: Cùm enim genus, & differentiæ noſtræ ſint principia cognitionis, certiſsimumq; ſit veritatis indicium, ſi quod intelligitur ipſa ſenſuum probetur experientia, rerum extra intellectum quæ conſiſtunt talia ponenda ſunt principia, ut non mentiri mentem, ſed ſcire demonſtrent. Quamobrem & hoc præter cætera quibus Ariſtotelis principia refutavimus, falſitatis habemus argumentum. Phyſicos nimirum à veritatis regula, veris intellectorum principijs aberraſſe: Cùm enim duo tantum ſpeciei principia dialectici ponant, tria Phyſici conſtituerunt longeq; aliter illa ipſa nobis expoſuerunt, dum materia genus, formaq; differentiam exprimentes, huic illam ſubeſſe ſtatuerunt, quod verum quidem fuerit ſi ſecundam non primam intellexerint materiam. Prima enim cum genus generaliſsimum referre debeat, multo aliud eſt: Subſtantia ſiquidem genus ſit eorum quæ per ſe ſubſiſtunt, differentia negatio, ut ſi materia prima formæ ſubſit, generi ſubeſſe differentias oporteat,

Genus & differentiæ principia ſunt noſtræ cognitionis.

Duo ſunt ſpeciei principia dialecticis, tria verò Phyſicis.

ſed

ſed ut res & melius, & verius intelligatur, quæſtionem proponemus.

AN SVBSTANTIA, NEGAtio, vel materia prima rerum per ſe ſubſiſtentium genus ſit generaliſſimum.

Eſſe communiſſimum eſt.

QVod omnibus eſt eſſentijs communiſsmum id primum genus exprimit, hoc ſiquidem non differentia convenire dicantur. Eſſe autem competit omnibus non ipſa vel negatio vel materia: Hæc enim corporearum ſolummodo eſt ſubſtantiarum, quo conceſſo materiam videmus id ipſum eſſe, quo finita inter ſe differunt, ut genus appellari nequeat. Negatio autem finitarum quidem eſt omnium, ſed nulla ratione Deo competit, qui tamen inter omnia maximè dicitur exiſtere.

Differentia quidem generis vices aliquãdo ſubit, ſed ita ut in ſuo genere conſiſtat nihilominus, ſic anima in corpore genus animal efficit: Prima verò materia in nullo conſiſtit, ut differentia nullo modo dici debeat.

Deum in prædicamento eſſe.

Sed hic ſcholaſticorum nugas mirari convenit, qui de lana caprina tantum rixantur, ſeq; plurimum torrquent, an Deum in ſubſtantiæ prædicamẽto compræhendere debeant, neutrum ſiquidẽ valde repræhendi

 poſsit,

poſsit, ſeu affirmaveris ſeu negaveris ipſe, prout tibi ſcopum propoſueris, rerum omnium, vel finitarum ſolummodo. Mea tamen ſententia cum ſe Deus cognoſcendũ noſtris etiam mentibus obtulerit, rerumq; ſint intellectarum prædicamenta, non abſurdum fuerit ſi ipſum ſubſtantiæ predicamento compræhenderimus: Nam quod de accidentibus dicitur, illa Deo non eſſe tribuenda, ut nec ſubſtantia dici debeat, pravè concluditur: Non hæc enim ſubſtantiam vel ut ſit, vel ut intelligatur efficiunt, cum ut per ſe eſt, per ſe ſic intelligi poſsit.

Accidentia non faciunt ſubſtantiam.

Noſtri quidem reſpectu ſine accidentibus ſubſtantiæ intelligi nequeunt, quo nomine Deo quoque accidentia tribuimus: Sed per ſe atque ſimpliciter conſyderatæ, à priori non mediantibus accidentibus cognoſcuntur.

Species non eſt individuorum multitudine definienda. Subſtantia primum genus eſt. Genera cauſâ differentiarum inſunt.

Nec etiam plures ob id Deos eſſe oportuerit, ut ſpeciem unam altera differentiarum deſcriptam conſtituant, cum individuorum multitudine non ſpecies neceſſariò definiatur, niſi pro univerſali quadam notione ſumatur, quod differentiæ nomen nequaquam denotat. Subſtantia itaq; primũ genus eſt, cui cætera vel ineſſe vel attribui poſſunt: ipſũ ſiquidẽ eſſe non ineſſe demonſtret, ſuſtineatq; potius quam ab alio ſuſtineatur, quod generis natura fert, ut primum quidem in nullo ſit, cætera verò diffe-

differentiarum cauſa quibuſdam inſint.

PRIMA SVBSTANTIARVM *diviſio.*

SI nulla Deo ratione cum ſuis conveniret effectibus, non uno genere compræhenderentur, ſed quoniam ſubſtantiæ quævis, ut & ipſe Deus per ſe non in aliquo ſubſiſtunt, cauſæq; & effectus ratio non infinitum inter Deum, & cætera diſcrimen eſſe docet, quæcunque ſunt quodammodo convenire ſtatuimus. Deus itaq; & cætera in eo conveniunt quod per ſe (quæ ſubſtantiæ definitio eſt) ſubſiſtant: Diſcrimen verò inter omnia quæ ſunt nullum hoc ipſo majus eſt, ut merito primam nobis negatio differentiam oſtendat: Deus enim (ut ſupra dictum eſt aliquoties) ſimplex eſt affirmatio, cætera negationem quæcunq; ſunt plurimorũ habent, ut ſubſtantiarum una ſit infinita cæteræ verò finitæ. Solum autem Deum infinitam eſſentiam eſſe, nilq; omnino quod factum vel futurum eſt infinitum eſſe poſſe, ſuo loco demonſtrabitur. Porrò etſi Deo genus & differentiam tribuimus, ut ſubſtantia ſit infinita, non eſt tamen hoc quemadmodum in cæteris intelligendum, quaſi principia cujuſdam ſubſtantiæ compoſitionis haberet: Eſſe ſiquidem ſim-

Deus à ſuis operibus non differt infinitè.

Negatio prima rerum eſt differẽtia.

Deus ſimpliciter exiſtens eſt infinitus.

ſimpliciter,unum & idem cum infinito ſit, id eoq; alteri generis parti differentiam tribuimus negationem, quæ cum ab affirmatione diverſa ſit ipſam componit aliquomodo. Deus ergo ſi per ſe conſyderetur nec genus nec differentiam habet, cum & ſine aliorum quorumvis ſit reſpectu, ſubſtantiaq; ſit adeò ſimplex ut diverſitatis in ea ratio nulla poſsit animadverti. Sed aliæ ſubſtantiæ cum finitæ ſint, effectus nomine cauſam præſupponunt, quæ quoniam exiſtit omnino, genus jam ſubintelligitur, cumq; non ut cauſa ſimpliciter exiſtant, ſed negatione multorum terminatæ ſint, differentiam habent, ab ipſa diverſam affirmatione, cum Deus uno ſimpliciter ESSE definiatur.

Deus per ſe nec genus habet nec differentiam.

Deus ut infrà patebit ſine ſuis effectibus intelligi poteſt, cum ipſi cauſæ nomen accidat: ſed non effectus ſine cauſa poſsint intelligi.

QVAE SINT RERVM FINITARUM *principia.*

GEnere modo differentiaq; poſitis, an aliqua ſint finitorum principia, facilè quis intellexerit. Licet autem duarum vel plurium ſubſtantiarum conjunctio, vera ſit compoſitio dicenda, nec verè negatio quod nec rei tribuat, nec agat quicquam,

quam,componat, diverſa tamen ipſius ab affirmatione ratio, non ſimplicem penitus,ſed compoſitam quodammodo finitorum omnium ſubſtantiam eſſe demonſtrat. Cæterum Phyſici corruptionis potentiam ſoli quod compoſitum eſt attribuerunt, ut hac quoque ratione quicquid uſquam primæ cauſæ ſubeſt,compoſitum eſſe conſequatur.Etſi verò id à nobis ceu falſum ſupra refutatum eſt, ſecus tamen quam Phyſicis videatur intellectum ferri debet, cum quod ſimpliciter exiſtit,nec ulla definitum eſt negatione,nullius imperio ſubſit, ut à quoquam poſsit immutari:Nam quod partim eſt,partimq; non exiſtit,ut infrà docebitur) in tempore factum eſt neceſſariò, cumq; ab alio factum ſit, ab eodem quoq; in id unde factum eſt corrumpi poteſt: Cum itaq; duplex infinitis omnibus animadvertatur potentia, ſecundum quam vel agunt aliquid. (Nil ſiquidem penitûs actionis expers exiſtat) vel patiuntur aut pati poſſunt, quodammodo compoſita ſūt principijs ipſa duobus,affirmatione videlicet atq; negatione: Affirmationis enim reſpectu quod nobilior ſit aliquas exerūt actiones,negationis,primæ cauſæ voluntati ſubijciuntur,aliâs ſi nihil ipſis denegatū eſſet, à nullo quoque ipſorum actio vel tolli, vel impediri,ſubſtantia vel minui vel corrumpi

Omnia ſinita quodammodo ſunt compoſita.

Quod partim eſt,partim verò non eſt,aliquando factum eſt.

Nil eſt actionis expers.

Res agunt affirmatione,ſed ob negationem pati poſſunt.

corrumpi poſſet.

THEOLOGIAE NOSTRA *conſentire principia.*

MVlti proculdubio nos hæc non fidei cauſa propugnandæ,ſed vel gloriolæ cujuſdam aſſequendæ,vel ut ſcholas turbaremus,in Ariſtotelem ſcripſiſſe calumniabuntur,quod principiorum vim non intelligant:Verè tamen qui Phyſicorum , noſtraq; perpenderint , illa repugnare , ſed noſtra Theologicæ, veritati conſentanea eſſe videbunt: Cùm enim fieri ſine materia nihil exiſtimarent,nihil quoque quod factum eſt materia deſtitui judicarunt,ut hac rei parte principium ex quo , formâ verò cauſam demonſtrarent efficientem. At nos tum ſacris acquieſcentes literis , tum Philoſophicis edocti rationibus , omnia primum ex nihilo facta eſſe novimus , ut ipſis verè negatio tribuatur , qua principium ipſa nullum Deo correſpondens habuiſſe demonſtramus: Deus enim cum unus, ſimplicisſimus,ſimul & perfectiſsimus exiſtat,materia non indiget , ut aliquid efficiat , cujus reſpectu partis non totius cauſa diceretur,quod infra copioſè refutabitur. Quamobrem cum omnia quæ ſunt; ſi primam conſyderes originem,ex nihilo facta ſint,

Negatione principium ex quo demonſtratur.

Deus eſt totius cauſa, non partis. Ergo materia non indiget.

Negatio materiæ ſubſtituenda eſt.

ſint, materiam Divinis operibus detrahimus, ejusq; loco negationem ſubſtituimus, ut unum Deum ceu primam, ſolamque cauſam demonſtrent omnia.

AN FINITA QVOQVE SINT *incorporea.*

MAteriæ Philoſophi omnem tum definitionem, tum potentiam attribuerunt, ut nihil corporeum, definitum, vel mutabile foret, quod ſenſibus ob materiam non obijceretur. Sed ſententia hæc impia pariter eſt & abſurda, tum quod unius ſit Dei ſine termino ſubſtantia, tum quod fieri nequeat tot eſſe numero infinita, quod incorporeæ ſunt ſubſtantiæ, quin imò ſuo demonſtrabitur loco, non niſi unum eſſe poſſe. Quamobrem cum unius Dei effectus ſint omnia, ipſa voce determinationem indicantes, finita eſſe ſtatuimus, quod ipſa negatione ſuperius expreſsimus: Sic enim exiſtunt quæcunque cauſam ſe ſuperiorem habent, ut unum quid, plurima verò non ſint. Etſi autem nulla ſenſili ſuperficie multa comprænhenduntur, ut nec quãtitatem, nec fixam admittant definitionẽ, aliquid tamen huic proportione reſpondens eſt adſcribendum, cujus reſpectu non ubique eodem ſunt tempore. Hoc ipſum evi-

Non ſolùm quod materia conſtat eſſe finitum. Effectus omnes neceſſario finiti ſunt. Incorporea definitionem habent ſubſtantiæ quodammodo ſuperficiei correſpondentẽ.

evidēter anima monſtrat, quæ finito cō-
præhenditur corpore, ut infinita dici non
debeat, niſi vel extra corpus in infinitum
extendatur, vel continente contentum
majus eſſe poſsit. Deniq; ſi differentiæ tri-
buantur incorporeis, quod genus ipſæ de-
finiant, infinita eſſe nequeunt, at ſubſtantiæ
ſunt aliquatenus à ſe invicem, vel à ſua cau-
ſa differentes, ut eo diſcrimine definitio
planè denotetur. Quod autem Deum ſub-
ſtantiam infinitam eſſe diximus, nō ita de-
bet intellgi, ac ſi (quod in ſupra ſcriptis
animadverti potuit) diverſis conſtituere-
tur ſubſtantiæ partibus: Nam ipſummet ge-
neri nomen additum omnem tollit de-
finitionem, ut verè genus nec differentia
tribuenda ſit: Noſtri tamen reſpectu
quod omnia per differentias & genera
cognoſcamus, talia poteſt admittere, licet
per ſe conſyderatus ſimpliciter exiſtat, hoc
eſt ut ſit & intelligatur ſine cæteris omni-
bus à quibus differt: Cùm enim ſolus ab æ-
terno foret, nil commune vel differens à
quoquam habebat, ut cum ſubſtantiâ poſt
non ſit mùtatus, vera eſſentiæ differentia
non ſit ipſi tribuenda: Cætera verò cum
non ſimpliciter, ſed ab alio ſint, in propria
ſubſtantia differentiam habent, ſine qua
nullo modo poſſunt intelligi: Sed hæc ſuo
loco melius exponentur.

Definitum eſt cuicunq; differentia tribuitur.

Deus ipſomet genere differt.

Deus cum ſolus exiſteret nil commune, nil differens à quoquam habebit.

Nil præter Deum ſine differentia poteſt intelligi.

AL-

ALTERA RERVM *differentia.*

FInitorum diſcrimen VITA nullum eſt evidentius, nullum differentes inter ſe ſubſtantias oſtendit apertius, ut finitorum alia vivant, alia vitæ ſint expertia. Licet autem Philoſophi materia ſpecies eaſdem expreſſerint, ſubſtantias vel corporeas eſſe dicentes, vel incorporeas, non tamen veram earum naturam hiſce nominibus expoſuerumt, tum quod ſenſum, motũq; corporibus adſcripſerint, tum quod incorporeis omnem ſenſum, motumq; detraxerint: Cùm enim corporeorum materia ſit, hacque ipſa convenire, ut forma differre ducerent, communiſsimas eorum actiones ſenſum motumq; materiæ tribuerunt, formæ verò cuiq; proprias. Sed præter ea quibus materiam ſuprà refutavimus, hæc abſurda eſſe conſpiciuntur, quod ſingulare ſit, quicquid modo ſit uſquã, ut nullam actionum communitas differentiam faciat, tum quod multitudo res nec conſtituat, nec operetur, aut ipſas immutet actiones: Non enim vel melius vel deterius, aut ſimpliciter video quod eædem vires multis à Deo conceſſæ ſint, tum quod ipſe reſpectus non revera, ſed vis quædam ſit mentis,

Vita finitorum eſt differentia.

Mala ſubſtantiarũ diviſio.

An communes materiæ, propriæ vero formæ ſint actiones adſcribendæ.

Quid ſit reſpectus.

mentis,res inter ſe conferens, ut unius rei nec reſpectus,nec communio ſit ulla.Terram exempli vice tibi proponito , videtur ipſa,tangitur atque movetur,refrigerat,& exiccat , ultima duo formæ tanquam propria tribuuntur,priora materiæ quod cæteris ſint communia corporibus.At ſi(cauſā ponito) præter terram nihil exiſteret, quod eas exercere poſſet actiones , an eas ideo quod ſolius eſſent terræ,ejuſdem formæ tribueres? Quare cum aqua vel ignis terram nec conſtituant ut ſit, nec vim tribuant ut operetur, ſic terra terræque ſunt actiones intelligendæ, ac ſi ſola exiſteret, propriaque forent quæcunque ſuſtinet,aut efficit accidentia.

Omnes actiones formæ ſunt adſcribendæ

Noſtri quidam reſpectu,quod res non per ſe duntaxat vel à priori noverimus , nec ſubſtantias velut externa videamus , ſed per diſcurſum rationis omnia conſyderemus,ut quid intelligatur, cum cæteris conferri debet, ſed ita ut actionum vel accidentium cauſas,propriæ uniuſcujuſq; ſubſtantiæ , non rebus extra poſitis attribuamus, niſi fortè tales forent effectus,qui non ab una re,ſed multis provenirent, ut ab elementis compoſita.

Vnius ergo formæ ſunt omnia quæ ab ipſa re prodeunt , cum unius cauſa multi effectus eſſe poſsint,nec formæ hic illo potius detrahi debeat:Talis enim eſt rei cōſtitutio quæ formæ ſine materia poſsit adſcribi, ut

& tangatur,& moveatur. Sed ut rei veritas apertius eluceſcat num ſenſu corpora definiri debeant, ſenſuq; inter ſe finita differant quærendum nobis eſt.

AN SENSVS SIT INCORPOreis etiam tribuendus.

SVfficiens inter finita diſcrimen Philoſophi ſenſum eſſe duxerunt, quod ſola quæ materiata ſunt atque corporea ſentiant,& moveantur:Sed longè aliter de hiſce ſentiendum eſt , vita ſiquidem quæ non corporeorum, ſed incorporeorum eſt ſolummodo,ſenſu motuque definiatur: Cùm tamen corporea ſentiantur ſuiſque ferantur motibus,actionem non paſsionem vocibus illis intelligimus,ut ſolum quod inviſibile eſt videre poſsit,audire,proque arbitrio quoque verſũ moveri:Nam quod finita ſint incorporea, nec (ut ſuprà dictũ eſt) ubiq; ſint, mera captivitas foret ſi loco ſẽper eodem continerentur:Motus tamen is nequaquam naturalis eſt,ut vel neceſſariò fiat vel ſucceſsivè. *Moventur incorporea.*

Supra neceſſariò fieri diximus quod non voluntatem,ſed rei cuiuſq; ſubſtantiam conſequitur:ſic lapidem neceſſario ex ſua natura (poteſt enim extrinſecus & violẽtes impediri) deorſum ferri dicimus.

Corporea ſiquidem non pro voluntate

ſed

ſed naturali coſtitutione, ſic moveantur, ut contrarijs impediri poſsint; quominus in momento, vel ſemper ipſa ferantur: Incorporea verò voluntatem habent, cōtrariaq; ſunt nulli, ut quodlibet pro arbitrio poſsint aſſequi.

Ipſorum tamen voluntas certa potentia ipſis à Deo conceſſa deſcribitur, ut non plura velint quàm poſſunt Angeli boni, vel non quæcumq; volunt mali conſequantur: Solus enim Deus omnia ſine limitatione poteſt, ijs ſolum exceptis quæ vel ejus læderent ſubſtantiam, vel gloriam minuerent.

Audiūt & vident incorporea.

Eadem ſenſus ipſorum eſt ratio: Non enim corporeis ad viſum, vel auditū inſtrumētis utuntur, quo fit ut nec tenebris, nec denſis impediantur corporibus. Porrò ipſis guſtatum, olfactum, tactumq; detrahimus, quod hi corporis cauſâ nutriendi, vel conſervandi, ſpirituumq; ad actiones obeundas, animæ tribuantur, quæ ſunt ab incorporeis alieniſsima: Sed ipſis viſus & auditus omnino debent adſcribi, quod hi externorum ſint ut internorum ſcientia: Cùm enim finita ſint, plurima ipſis externá ſunt, quæ vident & audiunt ut cognoſcere poſſint: Deus ſiquidem cardiognoſtes ſolus exiſtat, quod in omnium ſit cordibus, ut & occultam omnium voluntataem, tacitasq; noverit uniuſcujuſq; cogitationes, at cætera quæcunq; ſunt omnia nil eorum poſſunt

poſſunt aſſequi,niſi vel ſignis, vel vocibus, vel alia ratione,quod animo voluimus ipſis exprimamus. Quod verò videantur,& audiantur à ſe invicem,facilè quis intellexerit,ſi fœlicitatem ipſa communione metiatur,vel ſocietate, quæ numero ſeparatis à Deo eſt conceſſa viventibus. Tactum etiam demonſtrant aliquatenus incorporea, tum quod aſſumpta moveant corpora,tum quod anima variè à dæmonio quibuſdam affligatur, ſed cum talia nobis inexperta ſint fit ut minus liberè veritatem aſſequi, vel aptè poſsimus exprimere.

Subſtantia animæ vident Angeli nõ rolumtatem.

Tangunt etiam incorporea.

Alia eſt ab hac conſcientiæ pœna, quæ metum animæ incutit, futuri iudicij, pœnæq; ſubeundæ gravioris, cum multi peccatorum ſibi nequaquam conſcij à malo crucientur, alia quoq; triſtitiæ ratio eſt,atq; doloris,aliarumq; animæ affectionum.

Quamobrem vita ejuſq; negatione, non materia vel ſenſibus alteram finitorum differentiam deſcribimus: Licet enim corpora quoque animata ſentiant, atq; ad latera moveantur, quæ manifeſta vitæ ſunt indicia, per ſe tamen hæc ipſis adſcribenda non ſunt, corpora ſiquidem anima recedente maneant, etſi talis nec motus nec ſenſus in ijs amplius animadvertitur.

Animata corpora per ſe non vivunt.

TER-

TERTIA FINITORVM *differentia.*

VIventia ſuas in ſpecies dividere poſſemus cum angelos ab humanis mentibus differre noverimus, ſed quoniam rerũ corruptibilium principia nobis inquirenda ſunt, omiſsis quæ vitam ſenſu, motuque & intellectu referunt, non mortua ſolum, ſed quæ vixere nunquam aggrediemur. Ea itaque præter vitæ negationem, in eo conveniumt omnia quod ſenſilib. ſubſint qualitatibus, unicoque motu ſine voluntate ferantur. Differunt autem quod aliqua circulariter, aliqua verò ſecundum rectam lineam moveantur. Porrò licet hæc differẽtia rerum mutabilium naturam nobis non expreſsè proponat, rectæ tamen lineæ non circulari contrarietas attribuitur, ut hoc ipſo rerum quæ ſurſum vel deorſum moventur generationes & corruptiones indicentur. Corporum itaque alia mutabilia ſunt, alia potentiam non habent, ut à quoquam contrario patiantur. Vt autem differentiam hanc ſuſtineamus Phyſicorũ & Aſtronomorum de cœlo ſẽtentiæ nobis examinandæ ſunt, ei ſiquidem utrique corruptionis potentiã adſcribere videantur, tum materia, tum motuum contrarietate.

Corpora quomodo conveniãt & differant.

Cur rectæ lineæ non circulari contrarietas attribuatur.

AN

AN VIOLENTER FERANTVR *ſphæræ cæleſtes.*

CVm duplicem planetarum motum animaduertiſſent Aſtronomi, ut trepidationis omittamus, eum qui ab occidente eſt proprium eſſe cuiuſq; ſtatuerunt, ab ortu verò primi mobilis: Id enim ſphæras inferiores quas compræhendit omnes ſuo motu violenter rapere judicarunt, ut quæ ab eo remotiores ſunt tardius in occaſum moveantur, ſed proprium curſum celerius abſoluant.

Quomodo differant à Phyſicis Aſtronomi, ſed nõ eſt quarta differẽtia

Pulchrè ſcilicet cum Phyſicis conſentiunt Aſtronomi motum non contrarium ſolummodo, ſed violentum etiam cœlis attribuentes, quaſi verò quod violenter movetur perpetuum eſſe poſsit, qualem cœlorum eſſe motum unanimiter aſſerunt. Sed quomodo inferiores ſphæræ rapiantur exponito: An dura ſunt corpora nodiſq; vel clavis, glutinove cohærẽt, ut violenter vel pelli, vel attrahi poſsint? Aut quomodo cum tanta ſit tot ſphærarum profunditas, primi mobilis violentia, ad poſtremam uſq; pertingit? Conſyderes ulterius an uniuſcuiuſque ſphæræ pars inferior tam celeriter atq; ſuperior violento motu feratur, quod ſi negaveris unam omnium planeta-

rum ſphæram eſſe conſequetur, eadem nimirum exiſtente motus differentia inter unius partes & duarum, nec differente ſphærarum ſubſtantia: Quomodo enim animaduertunt à ſe invicem ſeparatas eſſe ſphæras, niſi motu in eo interſtitio differēte magis, quàm in uniuſcuiuſque ſphæræ medio? Aut quomodo unius ſphæræ partes ſibi invicem magis adhærent, quam inferiori ſuperioris pars inferioris ſuperior, ut magis pars unius ſphæræ ſuperior ſuas quã ſequentis partes trahat? Sin omnes æqualiter ferri ſphæræ partes exiſtimaveris eſſe duras oportebit, ſibiq; invicem agglutinatas, ne pars cedat à trahente vel impellente remotior, quod creditu ridiculum, dictuq; fuerit quam abſurdiſſimum. Præterea cur tãtas crediderim moveri ſphæras cum aſtra moveri ſufficiat? Si ſphæræ cur non & ipſæ ſtellæ per ſe moveri poſſunt? Aliquot id infringerem argumentis, ſed propoſitum non eſt latius evagari, ea ſolum attigimus quæ Phyſicorum decreta, noſtramque reijciunt finitorum diviſionem, ut appareret uno ſimplicia motu ferri, nilq; vel contrarium vel violentum cœlis adſcribi deberet: Licet enim pluribus ipſi motibus ferri videantur, revera tamen unus eſt diverſa ratione multiplex apparens, quod modo paucis lectori demonſtrabimus.

Differens ſphærarũ motus, earum parit multitudinem.

Poſſunt in cœlis ſtellæ moveri quẽ admodum gravià deorſum.

VNVM


VNVM NON PLVRES COELE-
ſtium ſphærarum eſſe motus.

VT Phyſici primam excogitarunt materiam,ſic & Aſtronomi primum mobile commenti ſunt, eo ſolùm nomine ut apparentiarum cauſas inveſtigarēt.pulchrè videlicet mendacijs veritatem illuſtrantes,nulla ſiquidem ſit virtute conſpicuum, niſi quòd violenter rapere ſphæras inferiores exiſtimarint, quaſi verò non propria unumquodque corpus vi moveatur, aut non æquè ſphæra ſolis atque primum ut vocant mobile per ſe moveri poſsit. At duos inquies eſſe ſphærarum motus,ut duæ quoque ſint eorum cauſæ, cum ſimplicis corporis unus ſolummodo ſecundùm naturam ſit motus. Verè quidem,ſed ſi rem probè perpenderis unicum ab ortu ſphæræ cuiuslibet,quiq; ab occaſu ferri putatur ejus appendicem eſſe videbis.

Primū mobile commentum eſt aſtronomorum.

Vnus eſt ab ortu ſtellarum motus.

Poſita enim circulari linea ortum & occaſum horrizonte definias, eoq; planetarum corpora ſeces,ſicut unumquodq; eodem oriatur tempore,horis iam vigintiquatuor elapſis, lunam quod omnium tardiſſime propria ut reliqui planetæ virtute feratur,multo quam cæteri à poſita ſuperficie magis procul abeſſevidebis quod interſti-



tium inter punctum à quo & quod eo temporis ſpacio attigit vigeſima ſeptima circiter pars eſt totius circuli quem motus ab occaſu deſcribit. Solem pariter animadvertes quod minus 12. menſibus , Saturnumque ,quod omnium minime ab ortus puncto abfuerit annis plus minuſve triginta illo quod offerimus interſtitio curſum abſol-

abſolvere. Sin autē punctum planeta quod oriens relinquit 24. horis attingeret, unicus eſſet ſimplexque motus, nec ab occaſu in ortum ferri videretur. At ſi punctum id uno gradu tranſgrederetur aut pluribus duo quidem ſed ab ortu ſolùm motus obſervarentur. Vnus itaq; planetarum motus eſt, etſi ratione duplex eſſe videtur. Imò verò quod aſſerunt Aſtronomi, ſatiſq; ne Phyſici leviter approbarunt, fieri nequit omnino ut unum & idē ab ortu eodemq; tempore in ortum feratur ab occaſu: Licet enim vana id ipſum navis ſimilitudine conentur exprimere, nequaquam tamen ea quod volunt aſſequuntur, ut tibi paucis exponetur. Navis in ortum fertur, tuq; verſus occaſum in ea pergis: Si te celerius ipſa moveatur, magis à termino tibi propoſito recedes, ut non ad occaſum, ſed ab eo ferri dicendus ſis: Sin æqualis utriusq; tuus navisq; ſit motus, nec in ortum, nec in occaſum moveberis, ſed eundem ſemper obtinebis apicem meridianum. Hoc ipſum ſoli contribuas, unumq; vel nullum motum animadvertes: Nam ſi primum mobile ſolem in occaſum pellat, cum ſemper id eodem modo procedat, nunquam ortum verſus ipſe retrogredietur, quemadmodum littus relictum licet navis ſphærarum inſtar circulariter moveretur nunquam navi-

Curſus abſolutus unum facit motum, nō abſolutus duos diverſos, pluſquam abſolutus duos ab eodem ad idem punctum.

Nil ab uno puncto poteſt in extrema eodem moveri tēpore.

eſt retrogrado, motuiq; quem oernis contrario adſcribendum, alia ſiquidem ratione diverſitas demonſtrari poſsit. Quoniã verò id quo motum ad ortum definivimus interſtitium, quandam motus tarditatem oſtendit. (Nam ſi ſol paulò citius uno nimirum circiter gradu moveretur, circulum abſolveret, nec ulla motus differentia conſpiceretur) externo fortè principio, primo ſcilicet mobili aut alij cuipiam moræ cauſam attribui poſſe iudicabis, quod ridiculum quoque fuerit: Sic enim per ſe moveri poſſunt áſtra, ut externo non egeãt impedimẽto, ne celerius ipſa moveãtur. *An motus tarditas externo principio ſit adſcribenda.*

Motum fortè ſolis (ejus enim & aliorum par eſt ratio) in zodiaco ad alterum ab uno tropicum obijcies, ut motuum multitudinem oſtendas: Sed hic ut & ille uno curſu perficitur, dum ſol nimirum non directè prorſus ad occaſum tendit, ſed vel ad meridiem, vel ad ſeptentrionem deflectit, prout is ab alterutro termino receſſerit.

Omiſſa ergo multitudine, violentia, & contrarietate, quod vel naturæ gravia ſint, vel quietem inferant, cœleſtia corpora judicamus, propria unumquodque viritute moveri.

Quod paucis poteſt natura non pluribus efficit, nec violenter fit quod ſecundum rei naturam fieri poteſt.

Porrò hæc ut Phyſicorum axiomata tue-

eſſe oportuit. Præterea hæc ipſa motus potentia terræ quietem infert: Ipſam ſiquidem deorſum pellat, cumq; hoc ipſo ejus loco nullus inferior exiſtat, fit ut ipſam ſua (qua motus potentia definitur) gravitate contineat.

Si cœlos prima ſic cauſa creavit, ut proprijs viribus atq; natura finem ſuum aſſequerentur, ſoloq; motu non quiete id fieri poſsit, cur ſubſtantiale ipſis impedimentum indidiſſe conceſſerim ut id extrinſecus cohiberi neceſſe ſit? Hæc eſt Dei Philoſophorum ſapientia, ſi cœlos abſque potentia creaſſet, alia non opus ipſi mentium creatione fuiſſet, quæ prius erratum corrigerent. At non potuit inquies, quod ſine materia (quæ quieſcendi potentia deſtitui nequit) nihil omnino moveri poſsit. Sic Phyſici quæ nunquam probaverint urgent impudentiſsmè. Mentes autem has apertius examina, cœlos ne informant, an externa motus ſunt principia? Hoc ſi cenſueris violenter cœlos ferri convincetur, quod prius multis eſt refutatum: Sin illud duas cœlis adſcribes formas, quarum una quietis particeps ſit, altera nullo penitus modo. Sed hoc Aſtronomorum errore longè fuerit abſurdius: Cujus enim cauſa priorem ſtatueremus, quod ad quietē potētia cœlis non debeatur, hæcq; poſterior quicquid opus eſt abſolvere poſsit? Præterea na-

Dei Philoſophorum ſapientia.

An mentes cœleſtes, cœlos informent.

turam rei ſubſtantiam eſſe noſti, cur has ergo mentes, quod non accidentia, ſed ſubſtantiales cœlorum formæ ſint, naturales eſſe negaveris? Vel ſi naturales ſint, quomodo different à prioribus; Aut cur non pariter atq; illæ quietis ſunt participes? Sed quietis naturam qua ratione rebus attribuenda ſit examinemus.

AN PER SE, VEL PER ACcidens naturalia quieſcant.

CVm duplicem phyſici motum in cœlis animadvertiſſent, nec differentes unius per ſe cauſæ ſint effectus, alterum violentiæ tribuerunt, quod ut præcedenti queſtione refutavimus, ſic & hac id ipſum quod ſupra verebantur, in eos retorquebimus: Non enim motum, & quietem duabus cauſis adſcripſerunt, quæ multò quam motus inter ſe magis à ſe invicem diſtant, cum res una varijs motibus, etiam contrarijs propria virtute ferri, non autem quieſcere poſsit, homo ſiquidem non externa ullius impulſione, ſed animæ propria vi ad latera feratur, ſurſum atq; deorſum, at non eadem animæ virtute quieſcat: Ejus enim curſu voluntas infringit, ut unius & ſimplicis ſubſtantiæ duplex facultas animadvertatur, quarum uni motus omnes,

Diverſa motus eſt, & cauſa quietis.

ſed

ſed alteri quies neceſſariò tribuitur. Licet autem id ipſum quod movetur etiam quiſcat, cauſa tamen per ſe non una eſt utriuſq;, cum ſublato motu quies oriatur, ut aliquid omninò diverſum ſit ab eo quod movet, id ipſum quod motum cohibet. Hoc ergo Phyſici conſyderantes, naturam (cui motum per ſe, per ſe quietem attribuerunt) non uno, ſed duobus conſtitui principijs exiſtimaverunt, ut formæ quidē reſpectu res ipſa moveri, ſed materiæ quieſcere diceretur. Pulchrè profectò ſi Philoſophis placeat, materia voluntatē expreſſerunt, cũ diverſa ſit motus ratio naturalis atq; voluntarij, natura ſiquidē ſcopum ſibi propoſitũ habeat ad quē res tota ſui ſubſtãtia tendit, non vel recta vel falſa voluntate ſeipſam cohibet: Lapidem enim niſi violēter extrinſecus impediatur deorſum ferri ſine fine videmus, quod de cæteris pariter eſt exiſtimandum, ut quæ de voluntario motu dicta ſunt naturali nequeant accommodari: Nam ſi materia naturalem, ut voluntas animalem motum cohibeat, cum materia ſemper eaſdem vires obtineat, qui fit quod non ſemper formæ vim impediat, ſed eo ſolum tempore quo rei contrarium quid extrinſecus opponitur? Internorum ſiquidem ratio ſit ſemper eadē, omniſq; varietas ab accidētibus proveniat.

An ſit materiæ cauſa quietis adſcribenda.

Non ſunt duo principia motus, & quietis in naturalibus, ut in voluntarijs.

Contrarietas res naturaliter quieſcere facit: At materia res non ſunt contraria quod ejus cauſa conveniant. Ergo quietis cauſa non eſt.

Homo

Homo plurimarum in ſe mutationum cauſam habet, voluntatem nimirum, qua varios ipſe motus cohibet, ut internorum ratio non eadem ſemper eſſe videatur. Sed probè quid voluntas exiſtat animadverte: Principium enim ab ipſa rei ſubſtantia diverſum eſt, cujus reſpectu externum dici poteſt, cum præſertim extrinſecus ipſa moveatur. Sic Deum per ſe conſyderatum neceſſariò, ſine ulla mutatione ſemper exiſtere dicimus, ut voluntas ſimplicem ejus definitionem non ingrediatur, eorum ſiquidem ſit quæ fieri vel immutari debent, quo nomine virtutes etiam ipſi quæ voluntatem ſequuntur (præcedit enim omnipotentia) ipſaq; cauſæ vox alterius reſpectu tribuuntur.

Cùm tamen omnem naturaliter paſſionem ita fieri noverimus, ut ab alio patiatur nihil, quin habile promptumq; ſit, ejus actionem ut ſuſcipiat, quietis quoq; potẽtia per ſe videtur eſſe rebus adſcribenda: Licet enim violẽter quieſcant omnia quæ per ſe moventur, alterum tamen violentiæ principium eſt res ipſa quieſcens, cum ita conſtituta ſit ut contraria cum ſit â ſuo contrario poſſit impediri, quod exempli loco gravium durities oſtẽdit, formæ quoq; viſcoſitas, aliæq; nõ paucæ quieſcentiũ proprietates, quæ cum angelis denegatæ ſint, ſit ut re nulla poſſit eorum motus impediri: Videtur ergo per ſe res ipſa quieſcere, quod ejus cauſã ſine qua non in ſe cõtineat, ſed ſi rem probè cõſyderes, error facilè

Violenter quieſcunt quæ per ſe moventur.

cilè depræhendetur. Nam ſi contrarios uni cauſæ tribuas effectus, hac tibi utendum eſt diſtinctione, ut per accidens alterei competat, quemadmodum calorem exiccare videmus, ceram liquefacere, caloris etiam alterius diffuſione refrigerare nonnunquam. Gravitatem itaq; per ſe cauſam eſſe dicimus, ut res deorſum feratur, ſed ut quieſcat ex accidenti.

Eadem eſt contrariorum cauſa, ſed diverſo reſpectu.

Non ſunt gavitas & levitas rerum qualitates ut ſtultè Philoſophi judicant, hac ſola moti ratione, quam multis ſuprà refutavimus, quod ſubſtantiæ non poſſint eſſe contrariæ: Sed cum terra per ſe deorſum, id eſt, ipſamet ſui naturâ, non accidenti quadã virtute feratur, per ſe quoq; gravis eſt: Hæc enim illa ipſa cauſâ motus eſt atq; facultas. Ridiculè concludunt, qui lapidis gravitatem accidens eſſe ſtatuunt, quod eadem ſit ligno quoq: conceſſa.

Etſi verò hæc ipſa pariter clemẽtaribus & cœleſtibus conpetere videntur, quod neutris per ſe quietem attribuamus, differentia tamen hinc animadverti poteſt, quod cœli nec per ſe, nec per accidens quieſcere poſſint: Nam nec finem habet circulus, nec contrarium quicquam ipſis ineſt, ut eo poſsit ipſorum motus impediri.

Deum novimus vel angelos etiam cœlos cohibere poſſe ne moveantur, cum id tamen naturaliter fieri nequeat, locum hac in parte non habet, quod ea tractenus quæ rationibus aſſequi licet, ſeu à

rei ſebſtantia,ſeu accidentibus ipſæ ſumantur:Licet enim violenta differant à naturalibus, à natura tamen ipſa prodeunt, non ejus quidem quod movetur,ſed quod extrinſecus impellit, nec miraculoſe fieri dicenda ſunt.

NATVRAM VNICVM, ET *Simplex eſſe rei principium,nec licet viribus varia ſit,aliud eſſe prius inquirendum.*

Vnam non tres in corporibus eſſe naturas.

NAtura ſimplex eſt corporum ſubſtantia, non pars ejus ſolummodo,vel compoſitum quid ex forma & materia,ut Phyſici ſentiunt; Nam præter ea quibus materiam rejecimus, abſurditas hinc etiam patet,quod natura vel conflatum quid ex materia ſit,forma & privatione, vel vis atque facultas eorum uniuſcujuſque: Hoc ſi ſtatueris non unam, ſed tres rei naturas eſſe conſequetur, ſin illud quomodo ab ipſa re natura differet,cum præter materiam,formam,& privationem quæ naturam conſtituunt,nil ipſa res exiſtat.

Si natura unum quid eſt, ut forma ex quatuor elementarum mixtione conflata, eaque motus & quietis cauſa eſt cur formam vel materiã, huius aut illius cauſam eſſe ſtatuunt Phyſici: Nam ſi non duæ amplius, ſed una ſit ſubſtantia,non ſunt ejus actionum cauſæ differentes inquirendæ. Si materia materia,formaque forma remaneat,non una, ſed duæ ſunt

ſunt naturæ, nec uni,ſed tribus principijs ſunt rerum proprietates adſcribendæ.

Vel dic quæſo an per ſe natura vel in aliquo ſubſiſtat, quod ſi nihil ei ſubeſſe dixeris,cur non idem formæ liceret adſcribere, ut & natura ſit ipſa, & per ſe ſine materia ſubſiſtat. Licet enim varias natura vires exerat, ut præter formam cætera quoque duo principia referat,talia tamẽ ſunt omnia quicquid operetur,ut unius cauſæ non plurium ſint effectus, ſic ignẽ ſimplex quid eſſe dicimus,non duabus compoſitum ſubſtantijs,quod idem calor exiccet atque calefaciat.Sed ut omiſſa longiori diſputatione noſtram de rerum principijs ſententiam exponamus,unicum rerum corporearum naturam principium eſſe dicimus,nõ duabus aut tribus,ſed una cõſtans ſubſtantia, quæ cum varijs ſe prodat viribus multiplex eſſe videtur.Vtautem principia noſtra quærentibus (cum præter Deum nil ſimplex eſſe conſtet) rerũ omnium (quod tales ſubſtantiæ ſint, quæ plurima nan exiſtant) affirmationem & negationem principia eſſe ſtatuimus, incorporearum quidem vitæ affirmationem cum cæterorum negatione,quæ ipſis non competunt:Naturalium verò vitæ negationẽ cum affirmatione talis ſubſtantiæ,quæ ſe ſenſibus offerat, unicoque motu feratur. Corruptibilium denique

An natura per ſe ſubſiſtat.

Effectus omnes corporis naturalis tales ſunt ut uni cauſæ poſſunt attribui.

Natura principiũ eſt rei naturalis.

Quæ noſtra ſint principia.

denique præter eam negationem, contrariam affirmationem principia eſſe judicamus: Licet enim contrariòs aſtra demonſtrent effectus, contrarietatem tamen ipſis ideo non tribuimus, quod ab ijs in quæ agunt nequaquam patiantur.

Contraria ſunt quæ ſic agunt ut ab alijs impediri vel cohiberi poſſint.

VT NOSTRA DIFFERANT *à receptis principia.*

Affirmatio negationi non ineſt ut materiæ forma Phyſicis.

FOrmam rei vocare poſsis affirmationem, ipſam verò materiam ſi negationem voces non moror, ſed aliter ipſa tibi quam Phyſicis deſcribenda fuerit: Nam nec affirmationem cuiquam ineſſe dicimus, ut ejus ſit negatio ſubjectum, nec præter eam (quod quidem rei tribuatur) quicquam eſſe ſtatuimus, quaſi duæ ſubſtantiæ (conſtituentia vocant Phyſici principia) conjunctæ rem componerent: Naturalis autem rei potentia non à Deo vel angelis ſolum (quæ negationi tribuitur) ſed à corporeis ſibi contrarijs patitur, privatio dici poterit, ut tria ſint rerum corruptibilium principia. Materia, forma & privatio. Porrò ne palmam victi Phyſicis cedere videamur, etſi nomina retineri poſſe concedimus, quod ea ſit Grammaticorum controverſia,

Negatio contraria privatione dici poſſit.

verſia,lõge aliud ipſis vocibus intelligi volumus, ut ſuprà multis eſt demonſtratum, Negationem ſiquidẽ ſub privatione comprænhendamus,hancque ſub affirmatione, ut unum ſolummodo rerum ſit principium, quod varia pro rerum diverſitate nomina ſortitur: Cũ enim corruptibilibus aſfirmationem,negationem,& contrarietatem (privationis loco quod vel nunquam habuerint denegata ſibi contraria,vel non corruptibilibus etiam ea competat) tribuimus idem eſt, ac ſi unam ipſas ſubſtantiam eſſe diceremus, ſed talem quæ unica terminetur eſſentia, plurimorum definiatur negatione,cõtrariumq; poſsit operari, hoc eſt ut viciſsim ab alio patiatur. Nec eſt quod hinc ſubſtantiarum ſeu ſubſtantialium principiorum multitudo concludatur, anima ſiquidem unica ſimplexque ſit,cum multas tamen habeat, diverſasque facultates.

Privatio ſpecies eſt negationis ſed non materiæ.

Nunquam ouum galli na fuit, alias in ovũ converſa fuiſſet.

Quid ſit operari contrarium,

CONCLVSIO.

HAec ſunt optime lector quæ adverſus Phyſicorum principia conſcribere voluimus, cùm tuendæ cauſâ veritatis, tum maximè ut qui philoſophiæ tribuunt errores elueremus: Cùm enim ſine materia fieri nihil cenſuiſſet Ariſtoteles,

IN TERTIVM TRACTATVM, PRÆFATIO.

CREDAS ET INTELLIGES ſimpliciter quidem prolatum eſt, at Chriſtianè : Nam ſi ſcopus fidei foret intelligentia, ſi vera ſolùm eſſe judicaremus, quæ quis intelligendo poſsit aſſequi, non imperitioribus ſolummodo, ſed doctiſsimus quibusq; ſalus ipſa denegaretur : Cùm ad hoc uſque tempus (quod quidem noverim) acutiſsimorum etiam Philoſophorum nullus, unicum fidei articulum, ſuis appræhenderit rationibus : Injuriam mihi tamen fecit apertiſsimè qui ME NIL CREDERE dixit, & Turca deteriorem eſſe QVOD INTELLIGEREM : Quaſi verò falſa forent quæ quis intellexerit eſſe veriſsima, vel non ea credantur : At ego CREDAS inquam VT INTELLIGERE' POSSIS: Hoc enim non in ſacris ſolùm, ſed humanis etiam diſciplinis eſt obſervandum, ut credat primum qui diſcere voluerit. Licet autem hæc verè credi non poſſint priuſquam intelligãtur, quod ſuis ſcientia fulciatur demonſtrationibus : Non eô tamen impudentiæ devenimus, ut eandem fidei rationem eſſe judicemus : Non enim rationibus ea, ſed authoritate ſuſtinetur, ut quæ nobis pro concione proponuntur, ſolo ſatis confirmentur ejus nomine, qui cum fallere nequeat, ſitque ſine dubio veriſſi-

mus, talia protulit ut crederentur, non ut rationibus examinarentur an conſiſtere poſsint, quod pluribus fortaſſe nobis propoſitum eſſe videbitur: Verùm & hi ſunt nobis injuriam facturi, credidi namq; prius quam intelligerem, nec eo fine talia cõſcripſimus, atq; ſi non ſufficiens ſacræ ſcripturæ foret authoritas, quin humanis opus ſit rationibus, ut ea quæ nobis credenda proponit, firmâ quis fide poſſit appræhendere. Si quis enim rationes eorum exquirat, quæ ſimpliciter credenda fuerant, authoritati non acquieſcens, impium eſſe fatemur, quô fit ut hæc non ad confirmandam credentium fidem, ſed ut ad eam infideles alliciantur vel ut eorum calumnijs reſpondeatur, etſi quâm plurimos etam conſpicere liceat, qui ſe venditant eſſe Chriſtianos, qnorum non adeò firma fidei exiſtit, quin dubitent interdum, an hæc ita ſe habeant, vel aliquorum ſint hominum commenta. Videbis (optime lector) ſi quæ ſcripſimus intellexeris. Etſi non hoc eſt tibi tuæ fidei ſtatuendum fundamentum: Nam qui ſine rationibus credere nolunt, gentem imitantur viperarum, quæ Chriſto ſine miraculis credere noluerat) videbis inquam te nequaquam eſſe deluſum, quod etiam non intellecta credideris. Nivem cæco dicas albam eſſe, credet Si viderit id ipſum reipſa conperiet. Sæpè Chriſtus ſua parabolis illuſtravit, eadem etiam non rarò ſuis confirmavit demonſtrationibus. Si me quod intelligam mundum aliquando factum eſſe, credere negaveris, apoſtolos quod Chriſtum viderint, ipſum hominem eſſe conſequetur nequaquam crediſſe Deum eſſe credas, reſurrectura credas eſſe corpora, quod ſit hoc à Domino prolatum: An non idem quæſo qui talia protulit tibi cœlos expoſuit

con-

conſpiciendos? An non tibi ſemen quod in terram mittitur, putrefieri prius demonſtravit quam in caules, vel ſpicas exurgat? Idem ſanè cujus ut credamus authoritate movemur, nos demonſtrationibus edocere potuiſſet, ut non credere ſolùm, ſed ea ſcire deceremur. Licet autem hoc ipſum noluerint, quod ſuos occulta Spiritus ope ſatis movere poſſet, nequaquam tamen noſtrum ejus voluntari repugnat inſtitutum, quod articulos fidei certiſsimis conemur confirmere demonſtrationibus: Non hoc enim ideò tentavimus, ut rationes vel Philoſophicos diſcurſus, fidei fundamentum eſſe convinceremus, atq; ſi modum quem ſuis Chriſtus exhibuit (CREDITE) non ſufficientem ad noſtram ſalutem eſſe ſtatueremus, quod ſi foret pauci vel crederent, vel verè crederent. Cùm verò Philoſophiam Theologiæ dicimus eſſe fundamentum, non ipſam diſcurrendi methodum intelligimus, ſed ea quæ verè Philoſophando fueris aſſequutus. Deum eſſe novimus, unum eſſe novimus, perſonis eſſe trinum, bonum, juſtum, veracem, potentem perfectiſſimè: Mundum etiam ſcimus aliquando ex nihilo factum eſſe, genus humanum cœpiſſe, finemq; cum Deo viſum fuerit ejus propagationem eſſe conſequuturam: Noſtra nobis ob oculos ſunt peccata, nec ſine juſtitia Deum novimus eſſe miſericordem. Quis hæc fidei negaverit eſſe fundamentum? Philoſophica ſunt omnino, quod poſsint certa ratiocinandi methodo comprobari, Theologica ſunt etiam, quod ipſa ſit voce conſpicunm, tum quod à multis ſola Dei credantur authoritate. Si tamen utramq; ſcientiam verè diſtinguas ea ſolùm quæ occultam Dei voluntatem exponunt dici debent Theologica, quod ſola fi-

Sic ſciri dicuntur non rationes, ſed quæ rationibus extruuntur.

Idem ſciunt angeli, fideles, & Philoſophi, ſed diverſimodè.

de, ſola nimirum Spiritus revelatione ſciantur, cætera verò poſſint etiam Philoſophici demonſtrari: Non ideo tamen Philoſophi ſunt omnes qui crediderint , nec eorum fides fundamento deſtituitur, quod Philoſophiæ ſint imperiti: Nam quæ nos Philoſophando , eadem ipſi revelatione noverunt, quodq; nos demonſtrationibus id ipſum tribuunt ut credant authoritati , quam tantùm abeſt noſtris contemni rationibus , vt ijſmet ipſa maximopere confirmetur. Cùm itaque non Philoſophice quidem, ſed Philoſophica Theologice credant, vere fidei firmum habent ipſi fundamentum. Theologica poſſent imperitorum reſpectu vere nominari, quod ea ſine relatione nullo modo poſſint aſſequi, ſed ſi per ſe conſyderentur , illa ipſa ſunt quæ Deus humanæ menti concesſit, ut ipſamet ei congenita facultate ſcirentur : Non enim mens ita nobis eſt expendenda , quaſi paſſivum eſſet ſubjectum , ceu tabula raſa cui quod lubet pictor inſcribere poſſit, vel arcula theſaurum conſervans . ſed ſimplex eſt animæ facultas, qua Deum atq; ſeipſam poſſit agnoſcere : Nec eſt ut non ſua, ſed Spiritus virtute mens intelligere ſtatuatur: Eâdem enim ratione qua ſentiens anima videt , mens intelligenda contemplatur. Cæterùm ne cui nimium hoc obſcura videantur, noſtram apertiſſime ſententiam exponemus, ut eam quivis facile poſſit aſſequi. Philoſophica vocamus quæcunq; potuit Adamus inſita mentis virtute conſequi, Theologica verò quæ ſola revelatione cognovit : Cum enim medicina ſit hæc ſcientia, mali quod peccato nobis eſt illatum, eaq; lapſum quæ conſequuta ſunt, à mente fuerint alieniſſima, Theologiæ ſola vere tribuuntur , quæ primis etiam ante lapſum fuerunt ignota parentibus. Porrò

tum

tum nec morbum, nec ejus medicinam Adamum noviſſe patet inde, quod peccatum non menti, ſed ejus voluntati ſit adſcribendum. Sin verò vitium hoc mentis fuiſſe quis exiſtimet, ut peccati cauſa dici debeat, quod ea quæ peccatum conſequutura fuerant, ignoraverit. (Hæc enim ſi fuiſſent ei cognita proculdubiò nequaquam peccaviſſet.) Non hoc eſt ſufficiens, ut mentis arguat imperfectionem: Ejus ſiquidem perfectio fuerit, vt omnis inſcia mali, ſola noſſet quę ad Deum perfecte laudandum conducerent. Ad hæc non plura fuerant ei jure conceſſa, quam quæ libertas ferret voluntatis, at iſta futuri mali cognitio voluntatem cohibuiſſet ne libere malùm amplecteretur. Denique licet futurę pœnæ præſcientiam Adamo tribuere liceat, gratiam tamen ne ſuſpicari quidem potuit, qnod ea ſolam Dei ſequatur voluntatem, quæ nulli ſine revelatione poſſit eſſe cognita. Quamobrem quæcunq; noverat ante lapſum Adamus Philoſophica, ſed quæ poſt ipſâ revelatione conſequutus eſt, dicimus eſſe Theologica. Quamvis ergo quæ Dei potentiam oſtendunt, & ejus immotam edocent voluntatem: Duplex ei ſiquidem voluntas attribuatur, eorum videlicet quæ non velle non poteſt, & eorum quæ ſi nollet idem tamen DEVS exiſteret) ſacris ſint literis expoſita, non ea tamen propriè ſunt adſcribenda revelationi, cum ſint etiam Ethnicorum mentibus inſculpta, quod Apoſtolus legis nomine deſignavit. Hinc aberrare conſpicitur doctiſſimus ille, multis etiam modis cuique notiſſimus Ariſtotelis organi profeſſor, qui ſcientias innatis intelligendi principijs extructas, ipſaque confirmatas experientia, nequaquam menti derogare veretur, eas S. Spiritui tribuens immediate.

mediatè. Naturam bone Deus (inquit) adeò corruptam eſſe novimus, ut ſi tantarum eam ſcientiarum inventricem eſſe dicamus, piaculum id ſit exiſtimandum. Ecce verò quàm piè. Cùm Spiritum in nobis exiſtiment intelligere, cur non eidem externos etiam ſenſus attribuunt, ut videre dicatur, atque movere? Naturæ ſiquidem hi quoq; vires exiſtant. Scientias homines illi confundunt ineptiſsimè, boni tamen volunt eſſe dialectici. Nos verò Philoſophiam humanæ menti, Theologiam (quæ fidei ſcientia, gratiæ videlicet eſt annunciatio) non eidem ſed immediatæ S. Spiritus revelationi tribuimus. Hinc naturalem hominem ea quæ ſunt Spiritus nequaquam intelligere conſpicitur, quod ea non innata ſint nobis, ſed ſola revelatione cognoſcantur. Porrò deſipere mihi videntur qui Philoſophiam a Theologia ſe movendam Divinis humana temerè commiſceantur. Ecquid enim Divina nobis, ſi non humanis accommodentur? Ab inani fateor Philoſophia ſibi quiſque cavere debet, ne ſeducatur. Sophiſtas tamen & imperitos eſſe volumus, qui ſpecie veri falſum obtrudunt. Rudiores equidem forte ſeduxerint, ſed Philoſophos vel qui firmè fuerint in Theologia fundati, nequaquam. Hodierna ſanè conſtat experientia nullos hæreſes ex imperitia natas adeò fœliciter diſſolvere poſſe, quam qui methodicè, Philoſophica nimirum prudentia veritatem inveſtigaverint. Verùm non hæc noſtra victrix eſt Philoſophia, quam fidei fundamentum eſſe ſtatuimus: Dialectica ſiquidem propriam non habens materiam, ſcientia non ſit, ſed ſcientiæ modus appellanda, quod eâ ſcientiæ quævis extruantur: Sed ſcientiarum apicem Philoſophiam

Hoc ſi dialecticæ multo magis competunt Methaphyſicæ, quæ realis eſt dialectica.

phiam nominamus, ſimpliciſſimam Divinarum, & humanarum rerum notitiam, certiſſimis acquiſitam demonſtrationibus. Porrò licet Philoſophando gratiam nullo modo poſſimus aſſequi, rationibus ipſa tamen eſt maximè conſentanea: Cùm enim etiam Philoſophicè noverimus Deum eſſe juſtiſſimum neceſſariò, ſed miſericordem non ita; (Deus ſiquidem foret ſi juſtitiā exequeretur ſeveriſſimè, cum miſericordiam tamen ſine juſtitia nequeat exercere) modum ſanè quacunq; voles ratione diſcurrito non inveneris veritati magis conſentaneum, quam ſit meritum Chriſti mediatoris: Gratiam enim ſevera in eum juſtitia nobis Deus offert. Aliquot etiam allegoricas de primo lapſu rationes excogitavimus, quæ nobis Philoſophice mali cauſam exponunt: Sin tamen ejus hiſtoria ſimpliciter intelligenda Theologis eſſe videatur, nullo modo refragabor, etſi nihil ex hiſce poteſt impietatis animadverti. Mundum hunc finem habiturum eſſe, Deum alium eſſe creaturum, & reſurrectura cum eidem videbitur eſſe corpora, licet abſconditam ea Dei voluntatem ſequantur, rationibus aliquomodo confirmavimus.

Hæc habes (optime lector) intenta meditatione, nec non improbo conſcripta labore: Paulò forte videbuntur obſcuriora, quod rerum (ut exiſtimo) difficultati, non ſtylo fuerit adſcribendum, ſi tamen ea probe perpenderis, proculdubiò quod animum jucunda labori diſputatione contineat aſſequêris.

TERTIA PARS.

DE DEO ET EIVS OPERIBVS PHILOſophica veritas.

AN PRAETER NATVRALEM *Specierum productionem cauſæ rebus adſcribenda ſint.*

Specierū origo quomodo ſit inveſtigāda.

QVi cūctas rerum ſpecies ab æterno fuiſſe judicant, etſi priman ipſis cauſam tribuunt, revera tamèn hoc ipſum admittere cogũtur nō ſubalternas eſſe rerū cauſas, ut earū ortus extra ſpeciē ulli ſit attribuendus: Cùm enim æterna quæ ſunt nullo penitùs modo poſsint immutari, non alia eſt ab æterno quærenda ſpecierum origo, quam hodierna demonſtret experientia: Nam hæc ipſa ſi ab æterno fuit in æternum uſq; permanebit.

Si ſpecies ab æterno fuerunt tum vel eodem quo nunc modo factæ ſunt, vel alio: Si eodem tum non alij cauſæ quam ipſimet naturæ ortus earum eſt adſcribendus. Sin diverſo is cum ab æterno fuerit

in

in æternum uſq; perdurare debuit: Sola enim quæ in tempore fiunt finem ut ortum habent.

Vt autem firmiùs noſtra fundetur diſputatio, quæ hoc uno cõſiſtit VNVM ESSE DEVM à quò cuncta prodierint, dubium hoc eſt à Philoſophantium mentibus avellendum. Forte quis enim mundum, Angelos, homines, cæteraſq; rerum ſpecies ſic ab æterno fuiſſe duxerit, quo nos primam cauſam, à nullo, nulloque tempore ortum traxiſſe ſtatuimus: Et ſanè non hæc eſt Ariſtotelicâ de rerum æternitate ſententia deterior, quin potius veritati magis conſentanea ſit: Omninò ſiquidem æterna nec ortum, nec cauſam à qua exiſtant habuerint, quod multis infrà demonſtrabimus. Sed abſurda nihilominus eſt, & impia, quod ut Dei ſolius eſt æternitas, ſic & à nullo exiſtere præterea nulli ſit adſcribendum: Quæ ſacrarum literarum doctrina pulchrè Metaphyſicis, at Philoſophicis tamen exponitur demonſtrationibus, ut multis infrà nuncque una ſolùm ratione patebit. Coæternæ rerum ſpecies ſubſtantiæ ſunt æque nobiles, vel aliquæ ſunt alijs indigniores: Hoc ſi conceſſeris ab æterno non extitiſſe convincam, tum quod magis, & minus æternitatem non ſapiant, tum quod à nullo quicquid eſt alterius cauſâ non exiſtat. At hos dignitatis ſubſtantiarum gradus

Dei ſolius eſt æternitas.

Differẽtia ſpecierum tollit æternitatẽ.

dus admittēdos eſſe res ipſa cogit, dum animalium cauſâ cœlumque terramque atque hæc ipſa hominis cauſâ eſſe videmus.

Hic rerum ſpecies conſyderamus, ac ſi nulla ſubeſſet alteri, ſed æquè per ſe ab æterno extitiſſent. Argumentum tamen hoc valere poterit ſi primam ipſis cauſam nihilominus attribuas: Nam quod alicujus eſt cauſâ nequaquam ab æterno eſſe potuit, cum hoc ipſum finis præmeditationē denotet. Mundus cum alterius cauſâ ſit cauſâ à qua prodierit habet: Nam ſeipſum non feciſſet alterius nomine: At quoniam ob aliud quam ſeipſum exiſtit, cauſas antè Deus animaduertit quam ipſi hoc ejus ESSE tribueret.

AN AETERNAE SINT RE-*rum ſpecies,*

Individua corrūpuntur omnia, ergo perire poſſunt ſpecies.

PVlchrè profectò Philoſophatus eſt Ariſtoteles, æternitatem rerum ſpecibus attribuens, quod ipſo ſenſu evidentiſsimè refutatur: Specierum enim cuncta nullo penitus excepto individua tolli videmus, ut id ipſum de ſpeciebus dici quoque debeat, hæ ſiquidem mentis ſint conceptiones ex multis individuis ortæ, nec aliter ſe habere poſſint (alias non veræ appræhenſiones, ſed phantaſmata forent) quam ſe res ipſæ ſenſibus offerant. Quod verò Philoſōphi ſubterfugium excogitarumt, ut monſtroſam tuerentur æternitatem, nullius

lius eſt momenti. Cenſent individua cum ſimul omnia intereant, naturali propagatione in æternum uſque permanente, quod conceſſero non ideo tamen nunquam cœpiſſe conſequetur, cũ nec in æternũ neceſſariò permaneāt, ſed vel naturali quadā injuria, vel inſcrutabili primæ cauſæ voluntate ſimul omnia poſsint interire, nec quæ fine carent ab æterno fuerint omnia: Licet enim quæ ab æterno ſunt nullo penitus modo poſsint immutari, ſed ſibi ſimilia perpetuo durent, non ideo tamen quæcunq; fine carent ortum non habuerunt, quod ſacræ literæ teſtantur, & humanis etiam patet rationibus. Mundus an ab æterno ſuerit dubitatur, an ego ſeu ſemper extitierit, ſeu factus aliquando ſit in æternum manere poſſe judicio, Priori ſiquidem ratione nõ potentiâ (ſeu ut vocant contingenter) ſed neceſſaiò perpetuus exiſtat, hac verò ſui quidem ipſius reſpectu, non quatenus à cauſa pendet unde factus eſt, nunquam nõ exiſtere poteſt: Cùm enim ſeipſum ut eſſet non fecerit, ſeipſum quoque ut non ſit corrumpere nequit. Quamobrem niſi à quo eſt in id tranſmutetur unde factus eſt, in æternum conſiſtet: ut enim ex nihilo fieri nihil, niſi efficientis virtute poteſt, ſic ſi eandem excipias quod exiſtit in nihilum reſolvi nequit.

Omnia ſimul perire poßunt individua.

Principiata fine carere poſſunt.

Quod ſeipſum non fecit ſeipſum corrumpere nequit.

Quæ

Quæ per ſe non extitiſſent, exiſtentia per ſe non eſſe nequeunt, cum vero aliunde ſint, perpetua ſecundùm quid non neceſſario ſunt. Videmus equidem quæcunque cœperunt (quantum Phyſicis eſt notum) interire: Sed hæ generationes & corruptiones non ſimpliciter ex nihilo ſunt & in nihilum: Ad hæc talia proponenda ſunt, ad rem ut faciant, quæ ſoli à quo exiſtunt (ut cœlum & Angeli) ſubijciuntur. Deniq; per ſe ſunt etiã incorruptibilia quæ generata ſunt, cum non niſi ab alio corrumpantur.

Sed ut quæſtioni ſatisfiat evidentiſsima demonſtratione ab æterno rerum ſpecies eſſe non potuiſſe clarum faciemus. Si genus humanum ab æterno fuit homines aliqui tum quoq; fuerunt, cum nulla ſine individuis ſpecies exiſtat: Quoniam vero quæ ab æterno fuerunt, in æternum ſunt neceſſariò, illos ipſos qui ab æterno fuerunt, in hodiernum uſque diem ſupereſſe neceſſum eſt, nec eſt quod quis ſpeciem relictis individuis reſtare reſpondeat, cum nõ ſpeciei, ſed individuorũ, quæ ab æterno fuerunt mẽtio fiat. Sed hoc ut clarius eluceſcat quæremus an hominum quotquot unquã fuerunt eadẽ natura fuerit, ut quẽadmodum omnes naſci videmus qui non prius extiterant, ſic & omnes qui antè nos vixerunt ab alijs facti ſint, quod ſi ſtatuas humanã ſpeciem ortum habuiſſe videbis: Nam quod fit, in tempore fit, cum prioris mentio

Si qui fuerunt ab æterno, nũc ijdem etiam ſuperſunt.

Eadem eſt omnium hominum natura.

mentio fiat dum non exiſteret, ideoq; ſi omnes facti ſint hominum nullus ab æterno fuit.

Si homines ab æterno fuerunt, Plato fuit, fuit Socrates, fuit Adamus: Centum homines quotquot ab æterno fuerunt, tot nunc ex illis ipſis ſuperſunt, ſeu Plato ſolus ſeu cæteri fuerint.

Sin aliquos ab æterno fuiſſe judices à quibus reliqui prodierint, ſed ipſi à nullo, ij nec homines eſſent dicendi, & nunc etiã (ut prius eſt obiectum) exiſterent. Quamobrem ut in ordine cauſarum Primam Philoſophi ſtatuerunt, ſic & inter homines (qui cauſarum non diſsimilium ordo unus eſt) aliqui ſunt admittendi qui parẽtes ut nos non habuerint, facti tamen ab aliquo fuerint: Id enim ſimplex & inſeparabilis eſt humanæ naturæ proprietas.

Primus homo ponẽdus eſt.

Eorum tot ſunt admittendi quot ad ſpeciei propagationẽ ſufficere poterant: Cùm enim modus ille à prima cauſa conſtitutus ſit, non eſt ut plures ab eadem factos eſſe cenſeamus, quod ipſũ pulchrè biblica hiſtorica depingit, Deum docens non ex terræ limo EVAM formaſſe, ſed ex Adami coſta, tum ne videretur ejus ab Adami natura eſſe diverſa, tum ut quantum fieri poſſet quam minimè à deſtinata ſpeciei propagatione recederet.

Cũ itaq; ſpecies humana cœperit aliquando, multò minus indigniores ab æterno fuerunt, quod & ipſo earum fine demonſtratur:

tratur: Hominis enim cauſâ Mundus, & quicquid eo continetur, exiſtit, ut ſi ab æterno fuerint homine nondum exiſtente, fruſtrà neceſſariò fuerint.

ALIQVOD ESSE PRINCIPIVM
Primum quod rerum omnium cauſa, nullius verò ſit effectus.

Omni cauſarum ordine comprę hendũtur.

CVm univerſæ rerum ſpecies, quas individua generatione conſervant, aliquando cœperint, neceſſariò ab aliquo, quod ijs prius exstiterit, ortum habuerunt: Id ipſum verò vel ab alio pariter, vel ſuipſius cauſa & effectus eſt quod ut diſcuterẽt Philoſophi, res univerſas quotquot exiſtũnt cauſarum ordinem vocarunt: Cuncta ſiquidem vel efficiant aliquid, vel ab alijs etiam facta ſint. Vt ergo rem aggrediamur examinandum nobis eſt, an prima ſit cauſa quæ nunquam cœperit, nulliusque ſit effectus, ſed â qua prodierint omnia: Id enim ſi non ſit fruſtra progrediemur ulterius, ſin ita ſe res habeat, Deus ut rerum quæ ſunt ſic noſtræ principium eſſe debet diſputationis. Licet autem multis quæſtionem hanc Philoſophi diſcuſſerint, ut Deum eſſe pluribus probare non opus ſit uno tamen id amplius argumento demonſtrabimus, quod ad cognoſcendos Ariſtotelis errores non

An ſit prima cauſa.

Idem eſt rerum & cognitiõis principiũ.

non parum fucies adfert. Duplex eſt rerũ quas ordo cauſarum in ſe continet collocatio, ſubalterna videlicet, eaq; ſecundùm latera quæ fit, illam primum examinabimus an fine, principioq; careat, poſt & alteram diſcutiemus. Prima itaque cauſarum ſeries ea ſolùm compræhendit, quæ ſuperiorum (ſi quæ ſint) reſpectu effectus, cauſæ verò ſunt inferiorum, quibus ſi nec principium, nec numerando finem attribuerimus, eô devenicmus ut quod nihil eſt alicujus cauſa eſſe poſsit, quotq; ei correſpondet (omnia Deus) alterius effectus. Si non enim prima cauſa effectusq; ultimus admittantur, quicquid eo continebitur ordine cauſa & effectus erit. Cùm verò cauſa quævis effectu ſuo finitior hoc eſt, ſubſtantiâ perfectiore ſit, utpote quod ab ea ſuam habeat eſſentiam, eique propterea ſubijciatur.

Duplex cauſarum collocatio.

Subalternus ordo cauſarum.

Filium patre forſitan obijcies ſi non perfectior exiſtat non minus exiſtere, ſed duplici tibi modo reſpondebitur, tum quod hic non unius, ſed specierũ diverſarum collocationem examinemus: (ut animalis caro, ſanguis, chylus, animal, elementa, Deusque ſunt) tum quod filius patre quatenus hic ejus eſt cauſa ſit inferior: Nam ſi animam conſyderes à Deo eſt, ſi corpus quod adauctum eſt, non à patre ſolùm ſed aſſumptis eſt alimentis.

Omnino ſi cauſarum ordo fine, principi-

oque careat, infinitum inter ea quæ continet diſcrimen erit,& intervallum:Licet enim C ipſo F definitiùs ſit cum tamen tribus tantum à ſe invicem gradibus diſtent non infinitè differunt, ſic cum certus ſit & definitus inter A & Z graduum numerus, finitum quoq; ſubſtantiæ diſcrimen obtinent. Verum ſi magis & minus in infinitum extendantur, neceſſariò ſanè res etiam ipſæ quibus ea diſcrimina competent infinitè à ſe invicem different. Quamobrē ſumtis duabus cauſis inter quas infinitum ſit intervallū,una nimirum è ſummis, exinfimis alterà, illa profectò hac infinitè magis eſſe finita ſtatuetur, hæcque nihil,& illa rectè omnia eſſe dicetur. Quoniam verò quamlibet cauſam (earum ſcilicet infinito ordine poſito) & aliud definire , ab alioq; definiri neceſsum eſt, eam quæ immenſè magis finita fuerit,ab alia ſe ſuperiori definiri conſequetur,quamq; diximus infinite minus eſſe finitam inferiorem definire, quare nihil abſurdius eſſe poteſt, ut nimirum quod nihil eſt alterius cauſa ſit, & quod eſt omnia perfectiſsime,alio minus finitum ſit & imperfectius.

Infinitum magis & minus non recipit , ſed hoc demonſtrandum fuit ne non crederetur.

Vna igitur inter ſubalternas eſt cauſa ponēda,quæ â nulla ſit , ſed a qua cæteræ om-

nes

nes dependeant , ut nimirum nullius exiſtens effectus cauſa ſit omnium.

Nullum poteſt infinitum eſſe numera (ut cauſarũ ordo nec ſecundùm longitudinẽ, nec tranverſim infinitus eſſe poſſit) tum quod partes extra partes ſint, tum quod ſemper aliquid addi poſſit. Præterea ſi cauſæ ſint infinitæ, tum vel ſimul omnes factæ ſunt (idẽ eſt ſeu fieri, ſeu aliunde dicas eſſentiã aſſumere) vel ſucceſſivè: Simul id fieri non potuit quod antequam aliqua forent alia non fecerint, ſubalternæ nãque dicuntur quod unius eſſe ab alio procedat. Hoc ut melius intelligatur exemplo demonſtrabimus.

A b c d e f g h i k l. &c. Si l tam cito fuerit atq; g progreſſio per h i & k non eſt facta, ſed tum hæc ipſa cauſæ ut l exiſtat non erunt: Nam quod per media fit tardius finem aſſequitur. Sin ſucceſſivè factæ ſint tum vel abſoluta eſt ea progreſſio, vel in æternum uſq; durabit, utcunq; reſpondeas argueris: illo ſiquidem modo iam finitæ ſint, hoc verò nondum infinitæ, quod ſemper fiant.

Sed hoc ipſum alio præterea modo quam aperitiſsimè demonſtratur: Plurima ſiquidem nullius cauſæ ſint, ut ſi cauſarum ordo finem habeat principio deſtitui non poſsit: Hominem aſſumas (etſi non omnium eſt ignobiliſsimum) quid is quæſo ſubſtantiale facit ? Filios forſan inquies. At cum is præter hominem aliam ſui ortus cauſam habuerit, aliud ſpecie differens non efficit.

Finem habet hic ordo, principium igitur habet.

Hic enim eſt de quo agitur diſsimilium ordo cauſarum.

VNAM SOLVMMODO CAVſam primam eſſe poſſe.

ALter cauſarum ordo duplici rurſum ratione debet examinari, an cauſæ nimirum primæ vel ejus effectuum alicui ſit adjungendus, ut literarum ſeries quarto hic addita eſt numero.

1

2

3

A B C 4 D E F.

5

6

7

Si hoc aſſeras nón hoc ſed alio refutaberis loco, noſtri nunc eſt propoſiti primam inveſtigare cauſam num ſola vel unâ plures exiſtant. Ei verò cauſæ quotquot præterea ſunt ſubijciendas eſſe notiſsima docetur illius definitione: Cùm enim prima ſit

Infinita eſt prima cauſa.

Digitized by Google

ſit nullam ſe ſuperiorem habet, à qua definiri poſsit,cumq; nil ſeipſum definiat,infinitum exiſtit neceſſariò,quod nulli ſubeſt cauſæ. Quamobrem ſi quæ ſint præterea cauſæ primæ,aut ſubſtantiæ ſolum quæ nec effectus,nec ullius ſint cauſæ, infinitas eſſe oportet. At non niſi unum infinitè poteſt exiſtere: Nam ſi duo ſint vel planè idem erunt ut unum dici debeant,(quo modo Patrem,Filium, Sanctumq; ſpiritum ſubſtantiam unam infinitam , non tres eſſe dicimus,vel pariter ipſa different: Cùm enim ſimplicisſimè quæ infinita ſunt exiſtant, nil quod compoſitionem referat admittunt. Si abſque ullo diſcrimine conveniant unum ſunt non numero ſeparata, cum talia licet eandem habeant eſſentiam,ipſâ tamen differant voluntate:Sin penitùs ipſa differant ſimplicisſma ipſis competet oppoſitio , quæ eſt eſſe ſimplicisſimè vel pariter non exiſtere,atque ita ſi unum ſit alterum nullo modo exiſtet.

Vnum eſſe poteſt infinitum.

Simpliciter eſt infinitum.

Si quis Deum objiciat a nobis non ita differre, licet is exiſtat ſimpliciſſime, differentiam in nobis non in Deo eſſe reſpondebimus:Nam ſi Deum conſyderes finitum nihil in ſe ſuſtinet , nos verò cum finiti ſimus,finitum quoq; diſcrimen habemus,cujus reſpectu non infinitè a Deo differimus:at ſi & nos iufiniti eſſemus, nec Dei nec noſtri reſpectu definita foret differentia.

Nnmero quæ diffe-rant. Præterea cum numero ſeparata dicantur quorum ſubſtantiæ à ſe invicem ſeparatæ ſunt, ea differentia infinitis nullo modo competere poteſt, ſeparatio ſiquidem aliquid ſeu locum ſeu loco quiddam correſpondens denotet, ubi ſubſtantia ſeparata non eſt: Cum verò infinita ſubſtantia compleat omnia, nil eſt a quo ſeparari poſsit, quô fit ut Deus in inferno etiã eſſe dicatur.

Nos â Deo numero non differimus hac ipſa quã hic ponimus ratione, quod & Deus in nobis, & nos in eo ſimus, tum quod ipſamet noſtri ſubſtantiã differamus.

Quicquid eſt ſ mel exiſtit. Deniq: præter id quod poſitis uno pluribus infinitis conſequitur abſurdum, omnia videlicet ſæpius, quàm ſemel exiſtere, non niſi unum omnipotens eſſe poteſt qua majeſtate infinita ſubſtantia deſtitui nequit: Nam ſi quid unum facere poſsit, alterum ſi pariter omnipotens exiſtat illius *Vnicum eſt omnipotens.* actionem impedire poterit atque ita viribus imminutis verè ſubſtantiam definiri conſequetur. Porrò trinum eſſe hoc unum infinitum ſuo loco demonſtrabimus, ubi Deus quid ſit accuratius exponemus. Nũc ſimplex ejus cognitio ſufficit, ut Philoſophorum errores detegamus.

AN

AN PRAETER DEVM, REBVS *nullum ſit attribuendum principium.*

RErum quæ ſunt aliæ generantur & corrumpuntur, aliæ verò corruptionem non ſentiunt, & harum quidem aliquæ corruptionem in inferioribus efficiunt, quo fit ut etſi natæ non ſunt nauralea tamen dicantur. Cum verò mutationes has ita fieri videamus, ut earum cauſæ ipſiſmet quæ mutantur, rebus adſcribi debeant, præter primum Philoſophi aliud admiſerunt, quã naturam nominarunt, quod naturalia ſolum eo modo mutari contingat, Etſi verò naturam a prima cauſa Philoſophi diſtinxerunt, quod intellectu natura careat ut tam prudenter omnia diſponere non potuerit, revera tamen ſic ambo principia confuderunt, æternitatem utrique adſcribentes, ut unum quid eſſe, poſſit ipſorum opinione demonſtrari, veluti poſt a nobis exponetur. Poſſet etiam dubitari nihilominus re non probè intellecta, num quam vocacamus naturã, primũ illud principium ſit, quod a nullo eſt, nulloque cœpit tempore, niſi quotdiana doceret experiẽtia, in nautralibus fieri plurima, quorum Phyſici nullo modo cauſas aſſequi poſſunt, ut ipſa ſuperi-

An natura ſit prima cauſa.

quidē non ſentiunt, ſed eam in mutabilibus efficiunt, illo modo ſumpta natura primum principium dici non poteſt, cum à ſuperiori cauſa mutetur, primumq; non ſit quod alteri ſubijcitur. Sin cœleſten naturam eſſe aſſeras præter id quod earū multæ ſint, alia ſiquidem ſolis, & alia lunæ ſit, ipſo quoq; ſine demonſtratur. Cum enim prima poſteriorum causâ non ſint, cœlos elementariū cauſa novimus exiſtere. Deniq; finitum natura principiū eſt, cum extra naturalia non extendatur, quæ pulchrè demonſtravit Ariſtoteles eſſe finita, motū dicens infinito competere non poſſe. At quod finitum eſt, ab alio ſe priori neceſſariò definitum eſt. Etſi vero naturam principium vocare non audeo, quod omnino ſit à principiato diverſum, natura vero idipſum ſit quod mutatur: Cum ejus tamen hoc in loco tantum non interſit, duo admittemus ſubſtantialium mutationū principia, Deum & naturam, quibus artem annumerare nō licet, quod circa externa ſolum verſetur, nec niſi natura mediante ſubſtantias artifex immmutare poſsit.

Natura vel elemētaris eſt vel cœleſtis.

Naturalia ſunt finita Ergo ea natura.

Duo mutationum principia ſunt.

AN QVAESTIONES QVAE DE *Mundo moventur, omnes ad Phyſicam riferri debeant.*

Efficiens mundi cauſa metaphyſices eſt ſubjectum.

Omnia primam cauſam referunt.

CVm naturam ſuijpſius cauſam eſſe non poſſe modo probaverimus, alterius cauſæ ſuperioris effectum eſſe conſequitur: Non eſt ergo ut de mundi origine an æternus vel ab aliquo tempore fuerit quæſtionem Phyſici diſcutiant: Quæritur enim non tam de natura quam ejus efficiente cauſa, quæ cum Metaphyſices ſubiectum ſit, ea quoq; ſcientiæ methodo talia perſcrutāda fuerant, quæ magno Phyſicæ adeoq; toti Philoſophiæ dedecori ceſſerunt. Licet autem Phyſicæ naturalia ſubijciātur, non ſunt tamen ita diſtinguendæ ſcientiæ, ac ſi non etiam circa eadem, ſed ſeparatas à materia mentes, æternasq; ſolum ſubſtantias Metaphyſica verſaretur: Nil enim adeò eſt abjectum, quin naturam quodammodo ſuperet, primamq; cauſam referat: Plantas & animalcula quævis appræhendas, naturales dum fiunt motus non ſunt, ratione ſiquidem ab omnibus quas voles elementorum qualitatibus inveſtigata, quomodo illa mediante calore, frigore vel alijs elementorum qualitatibus, in hanc, vel illam formam naſcantur, talesq; nanciſcantur vires, nequaquam intelligere poteris, quin maraculoſos primæ cauſæ non naturales effectus eſſe concedas.

Metaphyſicus circa primam cauſam verſatur, & cæteras rerum ſubſtantias, quatenus ejus ſunt effectus

ctus: Quamobrem cum nil Deus agat naturaliter, nec naturalis ſit finitorum ortus, à Deo ejus cauſâ quærendâ eſt vera illius cognitio. Non Phyſicis ergo, ſed metaphyſicis res eſt argumentis diſcutienda: Metaphyſicus enim naturalia quatenus naturam ſuperant conſyderat, ſed naturales motus vicesq; ſolum Phyſicus rationibus ſuis aſſequitur.

Quamobrem cum Metaphyſicus ea quæ naturæ motus excedunt conſyderet, hanc de mundo quæſtionem aſſumere debet, an fuerit ab æterno, vel factus aliquando: Seu enim fuerit aliquando factus, ſeu ſemper extiterit, pariter rerum mutationes, earumq; ſcientia procedumt, ut ad Phyſices cognitionem nil ea quæſtiò proſit. *Ortus mũdi Metaphyſicis eſt inquirendus.*

MVNDVM AB AETERNO EXIſtere non potuiſſe.

ARgumenta primum ab ipſa re, de qua quæritur aſſumemus, quod ea nobis notiora ſint, poſt ea quæ à prima cauſa deducuntur examinabimus. Cum itaq; mundum ab aliqua ſuperiore cauſa eſſentiam ſuam habere demonſtraverimus, omnium primum effectus nomine conſyderandus eſt, ut ejus origo nobis innoteſcat. Effectuum autẽ duo ſunt omnino genera: Nã vel à cauſis revera ſeparati ſunt, vel ſubſtantiam cum ijs unam habent, ſeparatorum ea *Duo ſunt effectuum genera.*

eſt

eſt ratio, ut cauſis ſublatis reſtent nihilominus, aut vice verſa illæ ſublatis hiſce ſuperſint, ſed qui cauſis inhærent, ab ijs quidem ſeparari nequeunt, quin penitus intereant, cum non ſubſtantia ſint ipſa, vel ejus partes, ſed accidentia ſolum, quibus ipſa deſtitui poſsit: Mundus ergo ut hæc ad propoſitũ accommodentur vel revera eſt à prima cauſa ſeparatus, ut utriusq; ſubſtantia diverſa ſit, vel ei ſic eſt conjunctus, ut niſi ejus eſſentiâ ſuſtineatur, conſiſtere nequeat: Vtro quis modo reſponderit, abſurda nequaquam effugiet, quin mundum aliquando cœpiſſe fateatur: Nam ſi per ſe ſubſiſtat utrumq;, nec una ſolum ſit amborum ſubſtantia, mundum ſuâ cauſâ tempore poſteriorem eſſe conſequetur, nullum ſiquidem demonſtrari poſsit exemplum, quin effectu ſeparato cauſa prior exiſtat, quod & ipſa ratione convincitur: Cum enim effectus nec cauſæ ſubſtantia ſit, nec ei quicquam inhærens, non eſt ut poſita cauſæ ſubſtantia, is ſubito quoque ponatur. Præterea verè talia facta eiſe dicuntur, quæ ſic à cauſis ſeparata ſunt, ſola ſiquidem quæ procedunt, tempus non præſupponant quo non exiſtebant, ſed cum in ſubſtantia ſint, quam diu illa fuit, eſſe potuerunt: At quæ ſeparata ſunt, vel ſemper ut ſunt extiterunt (eaq; ratione cauſam nunquam habuiſſent,

Effectu ſeparato cauſa tempore prior eſt.

Vere facti ſunt effectus à cauſa ſeparati.

buiſſent, cum nunc cauſam non agnoſcāt) vel non ixtiterunt, ſed facta ſunt ut exiſterent: Sed hoc ipſum ut confirmemus unicum quod nobis hac in quæſtione proponitur exempli loco diſcutiemus. Notum eſt effectum ſeu revera fiat, ſeu procedat ſolummodo, cum ſua cauſa conjungi neceſſario: at ſi cum Deo mundus ab æterno junctus fuerit. Conjunctio in æternum illa durabit, cum æterna nullo penitus modo poſsint immutari, quod quia ſæpius a nobis allegatur, ne non intelligentibus falſum eſſe videatur, paucis id exponemus, poſtea quod præ manibus eſt argumentum abſolvemus.

AB AETERNO QVAE SVNT *nullo penitùs modo poſſe mutari.*

CVm nihil ſine cauſa mutari poſsit, non abſurdum eſt etſi puerile videtur, quod prima nobis fronte quæſtionem hanc examinantibus incidit: Cur nimirum quod ab æterno mutatum non eſt, poſteriori potius quam prima æternitatis parte mutaretur.

Æternitas quidem partes non habet, ſed nos cùm in tempore verſemur, fieri nequit quin dum de æternitate vel loquimur, vel ipſam Philoſophando

phando contemplamur, hac vocula NVNC ipſam in duas partes A B & I N præteritum & futurum diſtinguamus.

At quod ab æterno fuit mutatum non eſſe ipſiſmet verbis patet: Nam quod mutatum eſt, ab æterno non fuit, cũ rem præſupponat cui ſucceſsit. Præterea mutatio illa cum fieret æternitatẽ in duo dividebat, ut tum idem atq; nunc argui potuerit, cum quod ab æterno mutatum non erat, tum modo mutaretur. Sed hoc pulò gravius eſt diſcutiendũ, ut eô quoq; firmius â ſtudioſis apprændatur. Si quod ab æterno eſt mutari poſsit, eam potentiam ſemper habuit: Nã ſine mutaione ipſam poſt nanciſci non poterat, quam eadẽ potentia neceſſario præceſsit. Cùm vero ab æterno mutari non potuerit, pótentiam ab æterno nõ habuit ut mutaretur. Non autẽ mutari potuiſſe ratio eſt quod mutatio tẽpore ſit ipſa potentia poſterior. Nil enim mutatur quin prius exiſtat, mutariq; poſsit.

Mutabile quidvis eſt priuſquã mutetur.

Quod mutatur antequam mutetur exiſtit omnino, aliàs idem & mutari, & fieri poſſet eodem tempore, quod abſurdum eſt dictu, credituq; non minus ridiculum, quæ cauſa eſt, ut quod mutatur in tempore conſiſtat neceſſariò, ut æterna quæ tempus neſciũt mutari nequeant. Licet autẽ conſequentia valere non poſſe videatur. mutari nõ potuit. Ergo potẽtiam non habuit: Non enim ſubitò mutari poteſt,

quod

quod potentiam ut mutetur habet, cum externum agens adeſſe debeat, ut ea potentia in actum producatur. Sed hic ſimpliciter quovis etiam adjuvante mutari non potuiſſe ſtatuimus. Res quam primum exiſtit inquies mutari poteſt, at ſi tum quoq; mutaretur, mutatio non foret ipſa potentia poſterior. Reſponſio facilis eſt. Etſi res quamprimum exiſtit mutatur, potentiam tamen habuit cum ipſa fieret, eodē ſiquidem motu potentiam talem atque exiſtentiam acceperit, quo etiam convincitur ſola quæ facta ſunt mutari poſſe; Nam ſi mutari poſſint quam primum: extiterunt, non prius extitiſſe quam mutata eſſe dicerentur, quod abſurdum, res dum mutabilis ſit, facilè propulſatur.

Quamobrem cum quod ab æterno fuit, ab æterno mutari non potuerit, nec eam pòſt potentiam aſſequi potuerit nũquam quoq; mutari poſſe concluditur. Pluribus hoc ego demonſtrarē, niſi pro confeſſo haberetur finem habere non poſſe, quod principio caret.

MVNDVM QVOD SVBSTANTIA ſit à ſua cauſa ſeparatas, ab æterno eſſe non potuiſſe.

CVm itaq; mundus à Deo ſubſtantiâ ſeparatus ſit, ab æterno ipſi nequaquam conjunctus fuit, cum ea diſſolvi nequeant, ut modo probatum eſt, quæ ſemper cojuncta fuerunt.

Vera

Vera conjunctio non eſt: Quam primum enim effectus exiſtit a ſua cauſa ſeparatus eſt, antequam verò eſſet conjungi non potuit. At dum fieret coniunctio quidem ſtatueretur, ſi velut in naturalibus, materialis abfuiſſet cauſa cum qua contactu mutuo, mutuisq; viribus effectũ produceret. Sed hoc ipſum ad mundi originem referri nequit, cum unicum rerum principium eſſe demonſtraverimus, pluribusque poſtea probaturi ſimus, nil ab æterno fuiſſe, quod mundi materia eſſe potuerit. Sin autem partium ratione conjunctionem defendere velis, ut nimirum ſi non ſit mundus in momento factus, cauſa cum partibus factis conjungeretur, dum cæteras abſolveret, eas ipſas quæ jam factæ forent, a Deo ſeparatas eſſe dixero, cùm nec pòſt, nec antè rei ortum cauſæ res ipſa jungatur. Non nulla tamen eſt conjunctio: Nam ſeparata nec fiunt, nec ab invicem procedunt. Sed nil hoc loco refert ſeu conjunctionem ſeu ſimpliciter actionem nomines, cùm idem de alterutra poſſit efferri.

Quamobrem cum mundus, ut effectus a cauſa ſeparatus, abſolutum quiddam ſit, omnino cœpiſſe neceſſe eſt: Non enim finem habent quæ principia carent. Sed ut effugium tibi penitus abſtrahatur, alterum genus effectuum aſſumemus, quod ita comparatum eſt, ut cum cauſa non ſit tempore poſterius: Hoc enim modo reſtat ut primæ cauſæ mundum adſcribamus, ſi ei coæternus fuerit, quo poſito pulchrè nobis horrenda Philoſophorum opinio detegetur, qui ſic Deum, naturamq; confuderunt,

derunt, ut unum quid ipſis fuiſſe demonſtrari poſsit. Nam ſi ſubſtantiâ mundùs à Deo ſeparatus non ſit, ſed conjunctus ab eo ſemper ut nunc extiterit, ſicque ſit in æternum perduraturus, per ſe nequaquam ſubſiſtet, (niſi ſubſtantiam ei cum Deo, idemque nomen attribuamus,) ſed accidēs ejus erit, quod ab eo ſeparari, vel ſeparatim conſiſtere non poſsit: Licet enim duæ ſubſtantiæ conjungi poſsint, quod corpus & anima, humanæque naturæ docet aſſumptió nequaquam tamen eo ipſo conſiſtit alterutrum, ac ſi non conjunctum ſubſiſtere non poſſet. Ea verò effectuum qui à cauſis non ſeparantur eſt ratio, ut ſubſtantiam ab ijs diverſam non habeant, ſed ejus vel actiones, vel aliæ ſint qualitates, quæ ſi ſubſtantiæ forent, non fieri, ſed abſolutum quid eſſe dicerentur, nec conjunctione ut exiſterent opus eſſet, ea ſiquidem ipſis detur exiſtendi facultas. Quamobrem cum mundus ut hic præſupponitur à Deo ſeparari nequeat, ſed ni fieri ſeu procedere ſubſiſtat, ejus omnino accidens eſt: Quærēdum ergo fuerit

Natura Deusque philoſophis unum quid eſt.

Fiunt effectus cauſæ conjuncti.

AN DEI MVNDVS ACCIDENS *eſſe poſsit.*

ID eſt omnino rei ſubſtantia, ſine quo res exiſtere nequit, ut cum mundus in Deo

ſolum poſsit exiſtere, præter eum ſubſtantiam propriam non habeat, ſed ejus accidens ſit neceſſariò. Cum autem duo ſint accidentium genera: Nam vel fixa ſunt, quo modo ſolidi corporis eſt ſuperficies, vel mobilia, fieriq; ſolùm vel ab ipſa ſubſtantia prodire dicuntur, ut ab igne calor: Vtro quis modo primæ cauſæ mundũ accidere ſtatuat, præter evidentem omniũ experientiam, doctorũque conſenſum, quod per ſe mundus, & quæ in eo ſunt, nõ in alio ſubſiſtant, abſurdum evitare non poterit infinitam nimirum ſubſtantiam aliquibus definiri accidẽtibus, eorum ſiquidem natura ſit ſubſtantias vel circũſcribere, vel alio quovis definire modo. Licet autem aliqua eſſe accidentia concederemus, quæ nec finita ſint, nec cui tribuuntur ſubſtantiam definiant, mundus tamen cæteraque omnia nec numero, nec magnitudine vel ſubſtantia ſunt infinita. Porrò an accidentia Deo poſſint adſcribi, poſtea verè diſcutiemus, nunc ſufficiat ipſam Dei ſubſtantiam nihil quod finitum ſit ſuſtinere. Cum itaque mundus accidens eſſe nequeat, idque tum motus, tum omnes ejus actiones, ſi non ſẽſu ratione tamen doceant, per ſe non in alio ſubſiſtere ſtatuendus eſt, quo conceſſo reſtabit nihil, quam ſi causã habuerit, ut cœpiſſe cõcedatur: Nunc enim cum ſeparatũ, adeòque

Duo ſunt accidentium genera.

An accidẽtia ſuſcipiat infinitum.

adeoque ſit opus abſolutum, cauſam neſcit, ea verò quæ finem, neceſſariò principium habuerunt.

MVNDVM QVOD FINITVS *ſit, ab æterno non fuiſſe.*

Finitum aliquando cœpiſſe vox ipſa demonſtrat: Cum enim principium finis omnino præſupponat, quod finitum eſt ab æterno eſſe non potuit, maximè verò ſi cauſam id (ut omnino convenit) agnoſcat. Verum alia ratione finitum originem prodit, quod tempore id omnino cõtineatur, ut ſola quæ infinita ſunt æterna ſint. Porrò idipſum finitorum etiam actionibus oſtenditur, quæ cum ſint ab ipſa ſubſtantia diverſæ, contingenter omnino procedunt, ut vel exeri vel quieſcere poſsint. Quæ vel motu, vel intelligẽtia finem ſuum aſſequũtur intuearis, nec motu, nec intelligentia quicquam ſubſiſtere poſſe videbis, ut etſi nec moveantur, nec intelligant, nihilominus ipſa ſubſiſtere poſsint. Quoniam verò quæ ab æterno ſunt (ut dictum eſt aliquoties) mutari nequeunt, nec quæ moventur, nec quæ intelligunt ab æterno vel moveri, vel intelligere potuerũt, ut niſi fruſtrà fuerint, ab æterno nequaquã extiterint, cum ijs actionibus finẽ ſuum aſſequi debuerint.

Tẽporale finitũ ſed æternũ eſt infinitum.

Quod intelligit eo quod intelligitur poſterius eſt: Nam ſi non exiſteret non intelligeretur, at ſi non intelligeretur, exiſteret nihilominus: Licet autem non temporè, ſed ratione poſterius eſſe reſponderis: ſi tamen ad æternitatem talia referas reſponſio nullius erit momenti. Non enim contingentia, ſed quæ neceſſariò ſunt æterna ſunt, ut ſi non neceſſario, quod intelligit cum eò quod intelligitur exiſtat, ab æterno eſſe non potuerit: Nam ſemper non fuit quod ſe aliter habere poteſt.

AN MVNDO NON EXISTENTE *Deus ab æterno fuerit.*

CVm naturalia methodo tamẽ metaphyſica conſyderaverimus, ipſis iam parùm poſtpoſitis, Deus quid ſit inquiremus, ut an ſolus ab æterno fuerit conſpiciatur: Hinc ſiquidem præcipua ſumi debeãt argumenta: Cùm enim non ut quæ modo diſcuſsimus mutabilis, ſed neceſſariò ſit, demonſtrationes ad ejus notitia conſtruuntur, quæ nullo modo poſsint infringi. Rem ergo ab ea propoſitione quam ſuprà cum de prima cauſa nobis ageretur, collegimus, ordiemur: Id ipſum videlicet quod nos DEVM primáq; Philoſophi cauſã nominant nullius effectum, & reliquorũ quæcũnq; ſunt omnium eſſe cauſam: Hæc enim veriſsima eſt, atq; ſimpliciſsima ejus definitio, quæ quidvis in ſe continet quo Deus quid

Quid ſit Deus.

quid ſit intelligitur, ut nullo jure ceu Philoſophica poſsit a Theologis reijci.

Simplex quidem definitio non eſt,ut infrà patebit,ipſaq; partium natura demonſtrat : Hoc tamen loco ſic nobis Deus definiendus fuit : Nam cum phyſicis nobis eſt agendum.

Nam quæcunque vel ſenſu, ratione,vel ſacris Biblijs edoctiDeo tribuimus,ſub hiſce duabus definitionis partibus compræhenduntur , atque adeo manifeſtè ut indè multorum qui nobis in ſacra Scriptura proponuntur articulorum rationes extruere poſſimus,licet id Philoſophi adeò non ſint aſſequuti, ut abſurdiſsima ſtatuerint,quæ philoſophiæ,& humanæ mentis imbecillitati, ad hoc uſq; tempus Ariſtotelis intepertes, cum ejus lapſum non animadverterent, attribuerunt philoſophiam concedentes divina ſapere non poſſe.Verùm non hi rationis aut philoſophiæ fuerũt errores, ſed eorum qui a vero ejusductu aberraverunt. Cùm enim phyſici ab effectibus ad primã cauſam perveniſſent, ne nõ phyſicè philoſophari , quodq; metaphyſicorum eſſet aſſumere viderentur , mundum ei cæteraq; ſemper adjecerunt,ipſamq; ſic definierunt ut eis cauſa exiſtens ſinè ſuis effectibus nec eſſe,nec intelligi potuerit. Quamobrẽ ut error depræhendi poſsit ipſa nobis eſt definitio diſcutienda , nec leviter eſt phyſicis

Philoſophorũ erronea ſimplicitas.

 acquieſ-

Phyſicorũ dogmata ſecundum quid vera ſunt.

acquieſcendum: Cum enim Deum non ſimpliciter intelligant, ſed ejus effectuum reſpectu conſyderent, ſic accipienda non ſunt quæ ab eis ſtatuuntur, ac ſi veriſsima forent. Non enim ſubitò verum eſt quod alicujus reſpectu veriſimile videtur. Duo ſunt ergo hac in definitione probè conſyderanda, ut quid Phyſicos deceperit, animadvertamus, qui ſine mundo Deum ab æterno eſſe non potuiſſe judicarunt. Primam ſcilicet cauſam quod prima ſit, ſe ſuperiorem non agnoſcere, cunctaque ab eo eſſe. Porro cum Phyſici cauſam eſſe ipſamet Dei ſubſtantiam eſſe ſtatuerent, quod id veriſsima ejus definitióne probaretur, nec effectus ſine cauſa, vel vice verſa hæc ſine illis eſſe poſsit, Deum quod ſemper cauſa fuerit, ab æterno ſolum eſſe non potuiſſe concluſerunt. Et verè quidẽ Phyſici quod Deum ut cauſam conſyderarent, ſed non ideo protinus id mundo attribuendum eſſe conſequitur, cum incorporea eſſe potuerint, quorum ratione Deus cauſa diceretur, nil tamen eo nomine refert, cum pariter atque incorporea mundus ab æterno eſſe potuerit, aliter ergo nobis hoc Phyſicorũ argumentum impugnandum eſt. Licet itaque cauſa ſimul cum ſuis effectibus exiſtat, nec prius ipſa fuerit quam eis ſe demonſtraverit, probandum tamẽ Phyſicis fuerat

Phyſicorũ ratio de rerum æternitate.

primam

primam cauſam ab æterno fuiſſe, antequam id ejus effectibus attribueretur: Metaphyſicam ergo conſulemus.

AN AB AETERNO PRIMA *cauſa fuerit.*

CVm eò deveniſſent Phyſici ut primam cauſam agnoſcerent, quæ finitorum omnium cauſa, nullius verò foret effectus, ulterius præter quam ejus ſcientiæ ſubjectum tulerit progreſsi ſunt, adeò ut primam cauſam, ejuſque effectus ab æterno fuiſſe ſtatuerint: Sed illud ipſum ſubito Metaphyſicus appræhendere debuerat, ut & ſimpliciter, & aliorum reſpectu primam cauſam contemplans, an ſimpliciter vera forent animadverteret, quæ Phyſici ſecundum quid ipſi tribuerant, ne ſcientiæ inferioris ignominiam ferre cogeretur. *AEterna Phyſicæ limites ſuperant: Non ergo quæſtiones hæ Phyſicis diſcutienda fuerãt.*
Primam ergo difinitionis partem quod ſimplicior ſit examinabimus, altera ſiquidem non Deum ſolummodo, ſed cætera quæcunque ſunt omnia compræhendat. Omnium primo Phyſicis erat proponendum, an quod alterius eſt cauſa, ſubſiſtere non poſsit niſi cauſa ſit: Patrem enim etſi pater nõ foret nihilominus ſubſiſtere poſſe videmus, mentẽ ſi nõ intelligat, quod ſupra quoque monuimus, cum actiones diceremus *Nil cauſa ſubſiſtit.*

mus ab ipſis finitorum ſubſtantijs, ita diverſas eſſe, ut nec ipſis ſubſiſtant, nec ijs etiam definiantur. Præterea non levi quoq; ratione demonſtratur cauſam accidentis eſſe nomen: Cùm enim per ſe quæ ſubſtantiam referunt rebus competant, correlativum eſt cauſæ nomen, ut effectum potius quam ipſam cauſæ ſubſtantiam denotet, quod hæc quoq; nota clarius eluceſcit, quicquid eſt, nimirum eo ipſo quod eſt ſibi non cæteris exiſtere: Sin autem cauſa res eſſet, ſibi nullo modo, ſed effectui penitus exiſteret, quod abſurdiſsimum eſt: Nihil enim procedit, quin fixum quid à quo præſupponat, nec accidens ullùm eſt, quin aliquo ſubjecto ſuſtineatur. Sed hæc ad primam cauſam referenda ſunt, ut rem paucis abſolvamus. Cùm itaq; prima cauſa nullam ſe priorem habeat, à qua ſubſtantiam ſuam acceperit, cumq; cauſas à lateribus præterea nullas habeat, quæ pari ſint cum ea poteſtate, ſed omnia ſub ſe contineat, & ita quidē ut ab eo prodierint, nullo penitus ipſam vel ab æterno definiri potuiſſe, vel in æternum mutari poſſe conſequitur, quo poſito, ſubſtantia (quod compoſitio definiat) eſt ſimpliciſsima, ut ab ea quàm alieniſsimum ſit, quicquid alterius reſpectu, vel ſecundum quid intelligitur. Quamobrē ſi Deus à nullo ſit, nullius exiſtens cauſa ſimpliciter

Cauſæ nomen eſt accidens.

Omnis motus, & actio firmum quid præſupponit.

Deus cum ſimpliciſſimus ſit, pari quoq; modo definiendus eſt.

ter eſt intelligendus, ut ſine quovis alio poſsit exiſtere: Non eſt ergo ut ipſam ſine ſuis effectibus, ab æterno eſſe non potuiſſe, quis exiſtimet: Id enim præter jam dicta, multis abſurdiſsimum eſt nominibus, ut modo palam fiet.

DEO CAVSAE NOMEN *accidere.*

CVm ſimpliciter, & neceſſariò Deus exiſtat, nil ei tribuendum eſt, quod vel reſpectum, vel potentiam referat quæ cauſa eſt, ut ſi Deus vere definiendus ſit, nullius præterea mentio fieri debeat, ideoque omiſſo cauſæ nomine ſimpliciſsimum quid ipſum à nullo, per ſe, nulliusq; cauſâ ſubſiſtens eſſe dicimus. Sin autem Phyſicorum definitionem examines, qua rerum cauſa Deus eſſe dicitur, contrarium modo poſitis animadvertes. Cùm enim cauſa non ſui, ſed aliorum ſit nomine, ſi cauſam eſſe Dei ſubſtantia ſit, omnino ſane is aliorum cauſâ exiſtere cenſebitur, quod à prima cauſa quam alieniſsimum eſt, ſolum ſiquidem quod ab alio eſt, alterius cauſâ ſit: Nã ſi quid cauſam non habeat, a qua definiatur, nil quod imperfectionem denotet ſuſcipit, ut eſt alterius cauſa exiſtere. Præterea ſi deus per ſe cauſa ſit, ſimplicem nomen id

Simplex Dei definitio.

Quod eſt ab alio, ſolum alterius eſt cauſa.

ejus definitionem, adeoque illius effectus ſine quibus cauſa nec eſſe,nec intelligi poteſt,ingredientur,quo poſito rurſum nobilis ea Philoſophorum opinio confirmabitur Dei & ejus effectuum, ſine quibus eſſe nequit, unam eſſe ſubſtantiam. Vnicum porrò ſufficere poſſet, ut horrenda hæc in Deum blaſphemia tolleretur, Deum videlicet ſi per ſe cauſa ſit finitam eſſe ſubſtantiam:

Nil eſt infinitè cauſa.

Cum enim nihil infinitè cauſa eſſe poſsit finitum eſt omnino cauſæ nomẽ,ut ſi ſubſtãtiæ per ſe tribuatur,ipſa quoq; per ſe neceſſario finita ſit: Nil autem infinitè cauſam eſſe poſſe hinc patet, quod infinitum cauſam non habeat:Vt enim quod cauſam non habet infinitũ eſt, ſic cauſâ caret quod infinitum eſt, aliàs ab ea definitum foret. Ad hæc notum eſt cauſam plura non eſſe quam ipſi demonſtrent effectus.

Nulli ſunt effectus infiniti.

At nulli poſſunt eſſe infiniti, ſeu ſubſtantiam, vel magnitudinem, ſeu numerum conſyderes, cauſa ſiquidem ſuo ſit effectu definitior, hoc eſt,ſubſtantia perfectior exiſtat.

Cùm quod ab alio definitur infinitum eſſe nequeat,nulla profectò cauſa infinita eſt, omnis ſiquidem ſuis definiatur effectibus ſeu magnitudine ſeu numero finiti ſint. Licet autem in cauſam effectus agere nequeant, ipſum tamen correlativum ejus nomen, ſic afficiunt ut talis ipſa, quales ejus effectus eſſe dicatur. Revera tamen id à cauſa provenit,ſed

effectuum

effectuum reſpectu: Suis enim ſe cauſa definit actionibus, ut hoc ipſo cauſa differat ab ipſa rei ſubſtantia, quæ in ſeipſam agere nequit.

Sed age pariter finiti ſint, Deum infinitum eſſe novimus, ſi cauſa ſit infinita, infiniti quoque ſunt effectus, ſi ſint infiniti potentiam ipſa cauſa minorem non habebunt, parque ipſorum in Deum, ut hujus in illos erit dominium, quo (ut ſuprà quoque dictum eſt) ejus potentia definietur. Etſi vero finitum ei cauſæ nomen tribuimus, nilque prius ipſum quod finitum ſit ſuſtinere demonſtravimus, nequaquam tamen contradictoria ſunt hæc, cauſæ ſiquidem nomen duo contineat quorũ reſpectu cõtradictio tollitur: Cum enim cauſa potẽtiã, ipſamq; à qua prodit ſubſtantiam denotet talem quoq; hujus reſpectu cauſam eſſe dicimus: Hinc finita quæ ſunt finitæ quoque cauſæ dicuntur, quod ſubſtantiæ finitæ non ſint effectus infiniti. Deus autem cum ſubſtantiâ ſit infinitus, potentiam habet nullius imminutã viribus. Hanc ſi quis in tueatur Deum infinitam cauſam eſſe conceſſero. Sed nondum potentia cauſam facit, in actum reducenda prius eſt, ut effectu poſito cauſa quod eſſe dicatur, qua ratione cauſa finitnm quid eſt neceſſario.

Infinitorũ infinita eſt potentia.

Cauſa qua ratione dici poſſit infinita.

Philoſophi numero nil infinitum eſſe poſſe docent, ſi non id per additionẽ intelligatur, ut vel numerari,

merari, vel fieri plura ſine fine poſſint. Ea ratione Deum infinitò cauſam eſſe concedemus, quod nunquam ejus potentia finem ſit habitura, quin ſemper quod volet agere poſſit.

Deus per ſe cauſa eſt infinita, ſed effectuum reſpectu finita.

Dum tamen Deum cauſam eſſe dicimus, ita intelligendum eſt, ut prioris per ſe, alterius verò reſpectu cauſa per accidẽs eſſe dicatur. Cùm itaque pars prior effectus ſola non præſupponat, mundum cæterosq; Dei effectus ab æterno fuiſſe non conſequitur, ſi Deum infinitè & ab æterno cauſam fuiſſe concedamus.

AN DEVS INFINITVM FAcere poſsit.

VBiquitate noſtram Theologi diſputationem evertunt: Nam ſi quod ab eis aſſeritur admittamus, hominem Chriſtum omnia quæ Deus adimplere ſubſtantialiter, non unum, ſed plura ſunt infinita.

Licet ubiq; Chriſtus homo ſubſtantialiter exiſtat, infinitum tamen ob id mihi Doctor quidam Theologus eſſe negavit: Quid hominem moverit ignoro. Sed hinc agnoſces (optime lector) quam firma ſit eorum ſententia. Verebatur ipſe proculdubiò ne ſi concederet infinitam eſſe corporis Chriſti ſubſtantiam, humanam ei naturam tollere videretur. Voces examinet aliquis (INFINITVM VBIQVE) ni ſane ſtupidiſſimo ſit ingenio, vel potius impudenti, nil ubiq; dicet exiſtere, quin id ipſum eâdem ſit infinitum

infinitum ratione. Deum ſua credimus ſubſtantia quidvis adimplere, quod eâdem ſit infinitus: Nam ſi finitus eſſet, aliquid præſupponeretur, quod extra ſubſtantiam exiſtens ab eâ non adimpleretur. Præterea ſi ſtatuas finitam eſſe corporis Chriſti ſubſtantiam, cum Dei ſit infinita, Deum ſanè plurima ſine proportione quæ Chriſtus homo nec attigerit, adimplere conſequetur, ut ille cum ſit infinitus ubiq;, ſed hic alicubi ſolum exiſtat.

Nil eſt ubique ni ſit eâdē infinitum ratione.

Finitum non omnia complet.

Cùm verò Chriſtus homo Dei ſit effectus, quod a nobis modo propoſitum eſt, infringitur: Infinitè ſiquidem cauſa ſit, quod infinitum habet effectum.

Ethniciſmum olet hæc hominum opinio, cauſæ primæ ſecundas adeò conjungens, ut neutra potuerit unquam ſeparatim exiſtere: Cum enim finiti nihil æternitate, nil quod infinitum eſt tempore comprætendatur, effectum qui fuerit infinitus nullo modo tempori poſſumus adſcribere. Licet autem finitas etiam creaturas in infinitum uſq; perſiſtere poſſe fateamur: Non ea tamen eſt æternitas, quod aliquando non extiterint. Nec indè conſequeretur, quod infinitum eſt tempore contineri. Non omne ſiquidem quod aliquando cœpit, finē ſit habiturum neceſſario, cum quod principio caret, adeo finem habere nequeat, ut nullo modo poſsit immutari. Conſpicitur hinc etiam infinitum, quod nullatenus afficia-

Infinitum æternitatis eſt, finitum verò temporis.

Prinicipio caret æternitas.

Infinitum nunquam cœpit. afficiatur,ſemper extitiſsè neceſſariò. Divinam homines iſti potentiam ſibi commendare videntur,quod infinita Deum efficere poſſe ſtatuant:Eam tamen hoc ipſo determinant : Cum enim quod infinitum eſt,ne tantillum poſsit immutari , ſi quid Deus efficiat infinitum,ſuam ipſe potentiam cohibebit,effectum videlicet poſt immutare non valens.

Quid poſſe Deum faciat impotentem.

Plurima Deus non vult quæ facere poſſet,plurima facit quæ non velle poſſet:Vtraque parte peccatur. Deum infinitam præter ſe ſubſtantiam facere poſſe concedunt aliqui,ſed nolle,Multa dicunt eum aliqui facere non poſſe quod nolit.Exemplum habeto.Chriſtum hominem Deus ſubſtantiâ fecit infinitum:Hoc poſito fieri non poſſe conſequitur,ut eum ullatenus afficere,vel immutare poſſit:Quid hoc aliud eſt quam ipſius imminuere potentiam? Sed reſpondebunt proculdubiò non poſſe quod nolit.Ego verò nec poſſe judico,licet velit. Potentiam enim non tollit voluntas , quod illa ſit neceſſitati multo propinquior.

Nil eſt quod Divinæ potẽtiæ non ſubijciatur: Nil ergo præter Deum eſt infinitum.

Deum nil infinitum facere poſſe judicamus, quod hanc ejus gloriam eſſe noverimus,ut ſolus exiſtat neceſſario, ſolus infinitam habeat potentiam : Ipſi vero poſſe convincunt,quod aliâs dici non poſsit omnipotens , cum nobis ſi poſsit omnia nequaquam videatur omnipotẽs:Nam ſi potentiâ ſibi ſimilem faceret,eadem foret impotens.

Præter Deum nil exiſtit neceſſario

potens.Hoc ipſum Pulchre demonſtravimus ubi Deum hoc argumento confirmavimus unum eſſe, quod duo non omnem poſsint habere potentiam. Vnum enim ſi poſſet ab altero mutari,ſua paſsione ſuam exponeret impotentiam, ſin immutari nō poſſet,alterius hac ratione tolleretur omnipotentia. Quamobrem ſi cum ſubſtantia potentiam, cumq; potentia voluntatem cōferas, licet Deus omnia ſit,quod infinitus exiſtat,non omnia tamen poſſe dicendus eſt:Neceſsitatē enim potentia tollere nequit,ſed cum Deus ſit unus neceſſario,ſolus neceſſario ſit infinitus,nec unitas potentia pōteſt everti,nec eâdē quicquā fieri quod ſit infinitum:Hoc ſiquidem ESSE modo ſolius Dei ſit ſubſtantia, quo fit ut ſi plura poſsint eſſe infinita, non unus ſit Deus neceſſario. Sed omiſſa ſubtiliori, vel longiori diſputatione, quod propriū poſſent hæc adimplere volumē, unico demonſtrabimus argumento, nil infinitum eſſe poſſe quod ſit,factum vel futurum eſt. Actionis finitæ finitum eſt opus neceſſario, cum quod cœpit, aut abſolutum eſt, principium aut finem habens, infinitū eſſe nequeat.—Verum quaſcunq; Deus extra ſe profert actiones finitæ ſunt, ut præter ſeipſum nil infinitum efficiat: Finitas autem eſſe multis ſupra demonſtratum eſt, pluribuſ-

Duo non poſſunt omnem habere potētiam.

Cur Deus non omnia poſſe ſtatuatur.

Deus VNITATE neceſſariò definitur.

Nil quod ſit eſt infinitum.

pluribusq; modo patebit.

Fieri dicuntur ea quæ prius non extiterant: Cùm itaq; cœperint aliquando quæ fiunt, facta, vel futura ſunt, principium habent omnia neceſſariò. Eadem eſt actionum ratio: Nam ſi cœpit opus actionem cœpiſſe neceſſum eſt, aliàs in infinitum fruſta fuiſſe, ſuam non conſecuta perfectionem.

Actionis finitæ non eſt opus infinitum, nec infinitæ finitũ.

Porrò cum major ſit ſacræ ſcripturæ, quam demonſtrationum authoritas, ni vanum videbimur eſſe Philoſophati, quod multis Theologicè convinci poſsit, Chriſtũ non ſecundum Divinam ejus naturam ſolummodo, ſed humanam etiam infinitum eſſe: Cum enim Chriſtus homo ſuprà omnes cœlos aſcendiſſe dicatur, ut adimpleret omnia, videtur infinitas hoc ipſo poſſe demonſtrari: Sed locus iſte ſatis eſt a multis expoſitus, ut nullius ſit hac in re momenti, quod nos etiam alia ratione doceremus, niſi Philoſophiæ limites egrederemur, quod nobis hoc libro nequaquam eſt propoſitum. Quod vero de tradita Chriſto majeſtate nobis opponitur, cum Philoſophicè diſcuti poſsit, paucis eſt diſcutiendum. Homini Chriſto tradita eſt omnis & ubiq; poteſtas, propoſitæ voces infinitam eſſe docent. Cum itaq; quod finitum eſt infinitum ſuſcipere nequeat, Chriſtus homo ſi potentiam habeat infinitam habet neceſſario ſubſtantiam. Conſequitur omnino,

Quomodo Chriſto tradita ſit omnis & ubiq; poteſtas.

nino, ſed audiamus an ita ſit Chriſto tradita poteſtas, ac ſi de ſubjecto foret in ſubjectum tranſlata, quomodo videmus aquam igne caleſcere. Si quis hoc affirmaverit, duas ipſe conſtituet omnipotentias, duobus pariter etiam infinitis diſtinctas ſubjectis, quo pacto duos in Chriſto Deos eſſe conſequetur, non factum & factitium, nil ſiquidem ſit Deus aliud quam infinitum exiſtens. Hæc ut evidentur unam dicimus infinitam eſſe ſubſtantiam, unam ejuſdem omnipotentiam: Homini verò traditam eſſe cunctam ubiq; poteſtatem, ſic intelligi volumus, quod ſit eidem tradita ſimul infinita Dei ſubſtantia, cui ſit ita conjunctus ut conſiliorum & abſtruſæ conſcius voluntatis, infinita ſibi conjunctæ naturæ potentia pró arbitrio frui poſsit. Hinc fit ut noſtris demōſtrationibus nequaquā Theologia repugnet, cum fieri poſsit ut Chriſtus homo finitus exiſtens, infinitam habeat hoc modo poteſtatem.

Omnipotentia de ſubjecto non eſt in ſubjectum trāſlata.

Chriſtus homo Deus eſt non eſſētia, ſed ſibi tradita poteſtate.

Deus cùm ſit ubique totus, in nobis eſt infinita tum poteſtas, tum ſubſtantia, ſed etſi finiti ſumus nequaquam tamen eſt Deus in nobis exiſtens, noſtra vel ſubſtantiâ vel ſuperficie definitus. Cùm itaq; Deus in nobis infinitam habeat potentiā cur non in Chriſto quamuis finitus exiſtat, eandē habere diceretur? Sed diſcrimen hoc eſt animadvertendum, quod potentia quæ in nobis eſt, ſolam Dei non noſtram

Deus infinitis eſt infinitus.

ſequatur voluntatē, cùm Chriſtus tamen eâdem ceu propriâ quandocunq; libet, vel ubicunque fruatur.

Veritas rationes docet eſſe philoſophicas.

Hæc ſeu Philoſophicè ſeu Theologicè quiſquis examinaverit, agnoſcet eſſe veriſſima: Cùm enim ſacris conſtet literis hominem Chriſtum ſubſtantiâ velut & ſuperficiè fuiſſe definitum, hancq; ſequamur amuſſem veritatis, probè profectò videmur eſſe Philoſophati.

AN MVNDO NON EXISTENTE quieſcere Deum oportuerit.

Quicquid eſt agit aliquid neceſſariò.

Diſcuſſo iam cauſæ nomine, reſtat ut ipſas aggredimur actiones: Cùm enim fruſtra ſit quod nihil agit, quicquid eſt agit aliquid neceſſariò. Cæterùm quia mundo non exiſtente, prima cauſa quod ageret, nihil quibuſdam habuiſſe videtur, hoc etiam Philoſophi nomine moti ſunt, ut cum ab æterno Deus ne fruſtra foret, non quieverit, mundum & alios effectus ei coæternos eſſe ſtatuerent. Sed leviter boni Philoſophi tam gravia perpēderunt, quæ cauſa eſt ut tam turpiter hallucinati ſint. Concedēt (ut opinor) hæc finita primæ cauſæ ſubſtantiam non eſſe, Concedēt etiā actionē quæ in his & in hæc exeritur, extra ſubſtantiam produci: Notum eſt præterea quæ extra ſubſtantiam ſunt, ipſam non

non eſſe ſubſtantiam, ut hæc actio primæ cauſæ accidens omnino ſit. Quoniam verò talis eſt accidentiũ natura, ut præter ſubjecti corruptionẽ adeſſe vel abeſſe poſsint, Deum fuiſſe conſequitur. Licet extra ſe nihil egiſſet. Cum autem ſubſtantiarum gradus ab actionibus ſumantur, nec quiete quicquam perficiatur, quin quæ nobiliores ædunt actiones, nobiliora quoq; ſint, Deum quod omnium quæ ſunt perfectiſsimum ſit, actione quoq; perfectiſsima fœlicisſimũ eſſe convenit. Etſi porrò quotquot ſeſe nobis offerunt actiones accidẽtia ſunt, effectus nimirum ſubſtantiarũ quibus inſunt. Quoniam tamen accidentia Deo tribuere non licet, eaq; eſt accidentiũ natura ut imperfectionem denotent, tum quod vel ſubſtantiam definiant, vel alterius ſint cauſâ, tum quod ijs ſubſtantia ſine ſui corruptione deſtitui poſsit, ideo perfectiſsimam Dei qua fœlix eſt actionem ab ipſa ſubſtantia nequaquam differre credimus, ne vel accidens eſſe convincatur, vel ipſam diverſitas ſubſtantiam dividat. Cum ſuprà tamen actionem quæ accidens ejus eſt Deo tribuerimus, hocqûe loco ei accidentia nequaquam competere ſtatuamus, antequam ulterius progrediamur, quomodo hæc inter ſe conciliari poſsint nobis eſt demonſtrandum.

Deus extra ſe nihil agens potuit.

Vna Dei ſolius eſt actio ſubſtantialis.

AN ACCIDENTIA DEO *tribuere liceat.*

INfinitus ſubſtantiâ Deus exiſtens, ſuſcipit nihil quo poſsit ipſe definiri, quæ cauſa eſt ut accidentia ſint ab eo quam alieniſsima, quod ſubſtantias vel circunſcribant, vel aliàs definiant. Non eſt autem ut nullo penitus modo, ipſum accidentia judicemus admittere poſſe: Cùm enim cauſa ſit eorum quæ ſunt omnium, reſpectum quoque fert aliquorum, qui ejus ſubſtantia nequaquam fuerit. Accidentia itaque Deo tribuemus, ſed talia quæ ſubſtantiam ejus non definiant, ut ſunt quæ noſtri reſpectu talia ſunt. Nam ſi ut ab æterno, ſic in æternum ſolus extitiſſet, accidentium nullo penitus modo rationem admiſiſſet: Eum ſiquidem juſtum eſſe dicamus, miſericordem, rerumque cauſam, quæ accidentia ſūt, quod nobis non exiſtentibus, nec cauſa fuerit, nec juſtitiam exercere potuerit. Quæri poſſet igitur an ipſa creatione Deus immutatus ſit, ſi non prius miſericors, aut juſtus fuerit, ideo ſciendum eſt hæc ipſa, Dei reſpectu accidentia non eſſe, juſtitiæ ſiquidem, cauſæ, cæterarumque virtutum fons & origo ſemper fuerit, ut juſtitia Dei reſpectu finita non ſit, noſtrique cauſa ſolùm

Cur accidentia Deo ſint attribuenda.

ſolùm accidens eſſe videatur. Licet enim juſtitiam nunquam exercuiſſet, Iuſtitiæ tamen Deus fuiſſet.

Deus ſemper juſtus fuit, non quod ſemper aut ab æterno juſtitiam exercuerit, ſed quod ea fuerit ſubſtantiâ & voluntate, ut juſtitiam quoties opus fore videretur exercere poſſet. Hoc ergo nomine Dei juſtitia habitus non eſt quod antequàm ulla ſe actione juſtum eſſe demonſtraret, juſtus fuerit, ut nec accidens eſſe dicenda ſit, ſed ſimpliciſſima ejus voluntas: Cùm enim ex multis habitus orti ſint actionibus, qualitates non ſubſtantiæ ſunt.

At ſi Deum per ſe non aliorum reſpectu conſyderes, accidentia ſuſcipere nequit, ideoque cum propriam ejus qua Deus eſt actionem quid modo foret inveſtigaremus accidens eſſe negavimus, quod ſibi non cæteris exiſtat: Iuſtus equidem ab æterno Deus fuit, qua ratione accidens juſtitia non eſt, ſed juſtitiam aliquibus exercet, tumque accidens illa dicitur actio.

Quomodo juſtitia Dei ſit accidens.

ACTIONEM QVA DEVS EST *nec augeri nec minui, non præcedente potentia, nec voluntariè, ſed neceſſariò fieri,*

CVm non quiete, ſed actione Deus aliqua, fœlix exiſtat, talem ipſam eſſe convenit, qualis ea fuerit fœlicitas, cumq; nullius

nullius hæc Deo reſpectu competant, accidentia dici non debent, ac ſi fœlicitas eam conſequens actionem, hæcque à ſubſtantia procedens, ab ea diverſum quid exiſterẽt: Deus enim cum ſimpliciſsimè ſit, nilque à quo definiri poſsit agnoſcat, fœlicitate fruiter nullò penitus terminata, ſic ut cum fœlicitas à ſubſtantia non differat, fructusque ſit alicujus actionis, Deus fœlix actione ſubſiſtat. Quamobrem cum Deus ſimpliciter exiſtat, nullius reſpectu fœlix eſt, ut actio quæ ad alterum producitur ejus fœlicitas non ſit. Cæterum quoniam quæ perfectiſsima ſunt, nec minui, neç augeri poſſunt, talem decet eſſet actionem quæ nec remitti, nec intendi poſsit, nulloq; tempore quietem admittat, ſed in extremo ſemper gradu conſiſtat, ſecus enim definita foret fœlicitas. Non eſt ergo, ut quæ ad mundũ cæteroſque profertur effectus, actio fœlicitatis eſſe ſtatuatur, cum non ſemper æqualiter procedat, ſed pro rerum cõditione vel intẽdatur, vel remittatur. Ad hæc cũ infinitus ſit Deus hæc verò finita, potentiã habet nullius impeditam viribus, ut hiſce plures effectus producere poſsit, quorũ reſpectu hæc ejus actio rurſum augeatur, qua ſi fœlix eſſe ſtatueretur, fœlicitatem nondum nactus eſſet perfectiſſimam. Porrò licet ipſa neceſsitas fœlicitati

Interna Dei actio quid ſit.

licitati repugnare videatur: Cum enim libera ſit voluntas, neceſſaria non ſuſcipit, quod libertatem tollant, nequaquam tamen Divinæ voluntatis eadem eſt ratio, atque finitorum: Nam quæ nobis eſt neceſsitas, coactio potius eſt nominanda, ut noſtræ neceſſaria voluntati repugnent: Cum enim multis ea ſubijciatur, ſi quid non agamus liberè, nobis aliundè neceſsitas infertur. Deus verò cum à ſeipſo, in ſeipſo, nulloque extrinſecus ut agat impellatur, agit neceſſariò quidem, ſed non coactè: Nam quæ voluntarie fieri dicuntur, poſſent non fieri, quod ab hac de qua nunc agitur actione quam alieniſsimum eſt. Si tamen æternam Dei voluntatem, quæ nullo penitus modo mutatur, intuearis, voluntariam eſſe fatebor: Deus enim ab æterno fuit, egitque non ut natura neceſſariò, ſed cum intelligens fuerit non poſtpoſita voluntatè, volens ſiquidem exiſtat, juſtusquè ab æterno volens fuerit.

Neceſſitas an voluntati repugnet.

Deus non poteſt non eſſe fœlix.

Ea verè voluntaria dicuntur quæ nolle quis poſſit, ut cùm creationem voluntariam Dei actionem eſſe dicimus, quod eam non velle potuerit, fuiſſet enim nihilominus, Iuſtitiam verò etſi vult neceſſariò tamen amplectitur. Cùm enim hæc ejus ſubſtantia ſit, juſtus non poteſt non eſſe, aut juſtitiam non velle, aliàs Deus non foret.

Quoniam tamen voluntas hæc ipſamet

Dei ſubſtantia limitata eſt,ut correſpõdentem partem non habeat,quæ huic tribuuntur,non propriè voluntaria dicuntur, etſi præter voluntatem non ſunt, cum coacta non ſint. Neceſſariam itaq; nec præter voluntatem, nondum tamẽ voluntariam actionem eſſe oportet, qua Deus fœlix exiſtit: Nam cum ſubſtantialis ſit aliter ſe habere non poteſt.

Non omne neceſſariũ eſt præter voluntatẽ.

OMNIA COEPISSE, QVOD *præter ſeipſum, nil Deus ab æterno fecerit.*

Quomodo poſſit effectus infinitus eſſe.

CVm quæ ſunt ab æterno mutari nequeant,quod ab æterno Deus egit, in æternum acturus eſt neceſſariò: At quoniam ejus actionis, quod infinita ſit opus eſt infinitum, & duo nequeunt infinita conſiſtere,cauſaque ſuo effectu præſtantior eſt, effectũ infinitum eſſe non poſſe conſequitur,ni ſit idem cum ſua cauſa. Quamobrẽ cum finita quæ ſunt, nec infinitæ actionis opera,nec ipſa infinitæ cauſæ ſubſtãtia ſint, non eſt ut quieviſſe Deum aſſeramus, ſi nihil in mundo,vel cæteris ejus effectibus egerit: Cùm enim ſuijpſius cauſâ ſit, ſibi quoque nõ cæteris id ipſum agit,qui proprius eſt ejus effectus, quo videlicet ipſe ſubſiſtit. Cæterùm ut actionum Divinarum diſcrimen

Deus aliquid ſibi ipſi agit.

diſcrimen animadvertamus, ne quod proprium eſt, cum eo fine quo Deus eſſe poſſet, confundamus, ſcire convenit, primæ cauſæ duo prius eſſe tributa, quod à nullo, rerũq; cauſa ſit omniũ: Pars itaq; prior neceſsiatem, poſterior potentiam refert, unum ſiquidem illa, ſed hæc duo vel plura præſupponat. Quamobrem quod à nullo Deus, ſuiq; ipſius cauſa ſit, contingenter nõ exiſtit: Cùm enim patiatur à nullo, nilq; ſeipſum immutet (aliàs idem ſeipſo magis exiſteret) neceſſariò eſt, cumq; ne fruſtrà ſit) ſine actione ſubſiſtere nequeat, aliquid agit neceſſariò, ſine quo nõ exiſteret. Porrò cum ejus ſubſtantia mundus non ſit, idipſum quoque non eſt quod agit neceſſariò. *Nil ſeipſũ immutat.*

MVNDVM QVOD MEDIANTE *Potentia Dei ſit effectus, ab æterno eſſe non potuiſſe.*

VNitas infinitæ ſubſtantiæ neceſsitatẽ prodit, ut cum ſolus à nullo ſit, neceſſariò Deus exiſtat, idque quod exiſtit efficiat neceſſario. Verùm quia mundus, & cætera ſubſtantiæ ſunt à Deo diverſæ, nil urget omnino, ut vel mundum, vel quid in eo Deus agat neceſſario: Quemadmodum enim quæ cauſam non hebent,

 vel

vel ſunt, vel non ſunt neceſſariò (ut Deus & nihilum) ſic quæ cauſam habent, ab ea fieri, vel non fieri, conſervari vel immutari poſſunt. Sin hoc autem tibi non verum eſſe videatur, per omnia cauſarum genera diſcurrito, ſeu voluntariè ſeu naturaliter quid fiat, cauſam ſine ſuis effectibus exiſtere poſſe videbis, proprios obijcias effectus: Ignem ſi non urat, non eſſe dicas, ipſe negavero: Cum enim uſtionis effectus calor, ignis ſubſtantia non ſit, ratione profecto ſi non revera naturaliter, ab ea ſeparatur. At quoniam quæ noſter ſeparat intellectus, verè ſeparabilia eſſe convenit, ne phantaſmata ſint, cũ res ipſe demonſtret, ut revera ſe extra ipſum habẽt, ſeu naturâ, ſeu principio ſuperiori fiat, â ſubſtãtia quævis accidentia ſeparari poſſe ſtatuimus.

Omnes effectus à cauſis ſeparari poſſunt.

Hinc miraculorum rationes extruimus: Licet enim naturaliter calor ab igne ſeparari nequeat. Cùm tamen non unum quid eſſe noverimus, ſeparabilia ſunt, ſed ei ſolùm qui ea conjunxit, ignemque fecit, ut urere poſſet: Sic gravitatem à corpore ſeparavit. Chriſtus cùm ſuper aquas ambularet, ſoliditatem cum januas clauſas tranſiret: Ignis equidem naturam urere neceſſariò concedimus, quod hanc ipſi neceſſitatem Deus impoſuerit: Non tamen ſimplex eâ eſt neceſſitas, ut cum dicimus ignem finitum quid eſſe neceſſariò. Cum enim ea extra ſubſtantiam actio producatur, ab eaque diverſa ſit, ſeparabilis eſſe dicitur, Dei ſiquidem

dem reſpectu fieri poſſe noverimus, ut ignis ſubſtantia reſtet actione ſublata.

Cum itaq; cauſarum nulla, ſuum neceſſario (ſi non effectus ipſamet cauſa ſit) producat effectum, omnem etiam effectum (eo ſolum excepto quem modo protulimus) a ſua cauſa mediante potentia procedere concludimus: Mundus ergo cæteriq; Dei effectus, quod contingenter a Deo proceſſerint, aliquando cœperunt: Cum enim potentiam inter ſe, Deumque præſupponant fieri, vel non fieri dicuntur, procedere, vel non procedere: Si voces illas nondum admittere velis. At ſi fieri potuerunt, ab æterno nequaquam fuerunt: Nam quod eſt potentiam tollit, ut fieri poſsit. *Contingentia tempori ſunt adſcribēda.*

MVNDVM QVOD VOLVNtarius Dei ſit effectus, ab æterno eſſe non potuiſſe.

MVndi principium evidentius ipſa potentia voluntas oſtendit: Cum enim liberrimum Deus agens ſit, nil præter voluntatem agit.

Agens eſt liberrimum quod intelligat omnia, nec ejus voluntatem quicquam externum vel impellat, vel impediat.

Ea vero effectuū qui voluntarij nominantur eſt ratio, ut cauſis tempore ſint poſteriores,

ores, cauſæ ſiquidem voluntariæ præmiſſa potentia, finem quoque perpenderint, cujus nomine tales effectus commodo eſſe poſſent. Licet autem ſupra duplicem Deo voluntatem attribuerimus, quarum unius reſpectu, quod aliter ſe habere non poſsit, etiam quæ ab æterno fuerunt voluiſſe dicitur: Non id tamen hoc loco valere poteſt: Ea ſiquidem immutabilis Dei voluntas, externorum non ſit: Volens enim ab æterno ſibi fœlicitatem operatus eſt, quod ea ſubſiſtat, non aliquid ſit, ſine quo nihilominus eſſe poſsit, ſic & juſtus volens ab æterno fuit, quod ſine juſtitia Deus eſſe nequeat. Mundus autem nulla ex parte ſubſtantiam Dei conſtituit, nulloq; modo fœlicitatem ejus auget, aliàs aliunde perficeretur, quo cauſam ſuæ fœlicitatis externam agnoſceret. Non hunc igitur effectum Deus ab æterno voluit, quod eo non exiſtente Deus eſſe potuerit. Hæc ſunt optimè lector, quæ tibi perpendenda prponere voluimus, tum ut Philoſophiam ab injuſta multis erroribus macula purgaremus, tum ut Theologi paulò mitius de mentis humanæ rationibus effari diſcerent, re nimirum melius intellecta. Cùm autem præcipuum quod Ariſtotelem movit, argumentum nondum diſcuſſerimus, reſtat præterea nihil ad abſolvendam hanc diſputationem, quam ut id, ut

Immutabilis Dei voluntas externorũ non eſt.

cætera

cætera diluamus.

AN SIT MVNDVS EX ALIquo, vel nihilo factus.

CVm ab æterno mundum eſse non potuiſse, multis hactenus argumentis demonſtraverimus, factum oportet eſse neceſſario: Id enim fieri dicitur quod prius non exiſtebat. Porro ne quod omnium ſententiâ probatiſsimum ſemper fuit: EX NIHILO nihil fieri poſse, Plato, ejuſq; ſectatores infringerent, materiam quidem ab æterno fuiſse ſtatuerunt, ſed informem, ex qua mundus poſt à prima cauſa factus ſit.

Dignæ Platonis nugæ fuerunt, quæ lepidis Ovidij fabulis annumerarentur.

Verùm dimiſso tantiſper Phyſicorum axiomate, quo nihil ex nihilo fieri poſse cõfirmatur, Philoſophicũ chaos examinabimus, quod poëtis potius mendacibus erat illuſtrandum carminibus, quam Philoſophicis demonſtrationibus confirmandum, ſi nimirum ſophiſticas ita nominare liceat argutias, cũ nihil tamen vel demonſtrari poſsit, vel Philoſophicum dici debeat, quod à veritate fuerit alienũ Animadvertit fortaſse Plato ſi mundus ab æterno fuerit, multa numero infinita cõſtitui debere, ut

re, ut multæ ſunt viventium & corporeorum ſpecies, quæ ſi non ab æterno fuerint, mundus fruſtrà fuerit. Cum itaq; informẽ materiam fruſtra fuiſſe veriſimilius foret, quàm quæ ſuis formis eſſet ornatæ (finis enim causâ formæ conſiſtunt) non mundum, ſed ejus rudem ſolum materiam, ab æterno fuiſſe duxit: Sed hoc nobis diligentius eſt examinandum an ferri poſsit.

AN AB AETERNO CHAOS *extiterit.*

DIvinum plurimi Platonem laudant, & admirantur, quod ad fidei veritatem, Ariſtotele propius acceſſerit, mundum ſtatuens aliquando cœpiſſe: Hominum tamẽ hæc eſt opinio, qui res examinare nequeunt: Nam præterquam quod fidei noſtræ, Platonica hæc mundi generatio repugnat, multo ſanè Ariſtotelis eſt abſurdior æternitate: Cum enim ab æterno quæ ſunt, in æternum quoq; ſint neceſſariò, nec ut ſuprà ſæpe dictum eſt, immutari poſsint, ſtultè profectò quod ab æterno chaos extiterit, aliquando mutatum eſſe ſtatuerimus. At id ab æterno fuiſſe neceſſario ſtatuunt, aliàs ex alio factum foret, ſicq; progreſſus in infinitum uſq; extẽderetur, niſi quod ab æterno fuerit primũ aliquod admittatur.

Cum

Cùm omnis mutatio in tempore fiat, æterna verò tempus neſciant, Chaos ſi ab æterno fuit,temporis videlicet expers immutari non potuit.

Sed ut ipſam per ſe materiam conſyderemus, formã omnino ſubſtantialem habuit, cuius aliquis neceſſario fuerit uſus, quem mundo nondum exiſtente nequaquam admiſerimus.

Chaos vel forma, vel formatum quiddam fuit.

Potentiâ forſan ejus uſum deſcribes, quod ea mundum fieri oportuerit:Sed ea potentia ſolius eſt materiæ, nõ formæ quam ipſi neceſſariò tribuimus, cum ſuo ipſius actu ſubſiſtat quidlibet,non eo quod fieri poſſit. Eo itaq; quo ſubſiſtit tempore uſum aliquem habet, ut ſola potentia quæ temporis eſt futuri,nil quicquam ſubſiſtere poſſit: Notum ergo ſit axioma potentiam ſine actu conſiſtere non poſſe,nec uſum potentiæ ſine actus uſu, quod futurum tempus,præſens neceſſariò præſupponat.

Porro ſi formam Chaos id ſubſtantialem habuit,cur non pari ratione naturalem habuit,ut mundus diceretur,cum hæc atq; illa æquè ab æterno eſſe potuerit? Ad hæc reſtat illa mundo facto nihilominus, vel mundi generatione ſublata eſt. Hoc ſi ſtatueris naturalem fuiſſe, quod in aliã corrupta ſit urſero:Sin ſublatã eſſe negaveris, vel duæ mundi ſubſtantiales erunt formæ, vel alteratio ſolum fuit illius materiæ mutatio,ſicque natura quæ ſubſtantialis eſt mundi forma, mundo fuit nundum exiſtẽte,niſi

te, niſi forſan mundus tibi ſolum ſit naturalium corporum collocatio, veluti Græca vox ornatum ſignificat, quod nomine talem nobis Plato diſcribit architectum, qui naturâ principio ſe inferiori ſit ignobilior: Hæc enim non accidentia ſolum, ſed ipſas etiam immutat ſubſtantias. Denique cum unicum ſit primum rerum quæ ſunt principium cui ceu cauſæ primæ quidvis ſubijcitur, hanc Platonis materiã (ſi ſit omnino concedenda) ejus effectum eſſe concludimus, cumque multò minus ab æterno quam mundus eſſe potuerit, reſtat nihil quam ut ipſam in tempore quoque factum eſſe nobis concedatur. Prætiterit ergo mundo hoc ipſum adſcribere, cum eo ipſo tempore quo indigeſta moles ea facta eſſe ſtatueretur, pariter atque poſt fieri potuerit.

Mundum ut annos fuit ultra quinquies mille, ſic ab æterno ſine mutatione fuiſſe veriſimilius eſt, quã ejus ſolùm materiam, quæ poſt in mundum tranſmutata ſit, cum æterna (ut ſuprà dictum eſt) mutationem neſciant. Iiſdem Præterea rationibus chaos hoc refutari poteſt, quibus mundum ab æterno fuiſſe negavimus.

Quoniam vero huic noſtræ ſententiæ veriſſimun id omnium conſenſu propoſitũ, EX NIHILO nil fieri poſſe, repugnat, & ita quidem ut ſimul cõſiſtere nequeant, ſed

ſed ſit alterutrum ceu falſum reijciendum, hac nos quoq; parte tuebimur, ut reſtet nihil quod puriorem de hiſce doctrinam poſsit infringere.

AN POSSIT ALIQVID EX *nihilo fieri.*

QVid Philoſophos moverit, ut hoc tã pertinaciter appræhenderent, non video niſi quod quidquid uſquam fieri animaduerterunt, ex aliquo factum eſſe noverint, ipſum verò quod non eſt, tanto ab eo quod eſt intervallo diſtet, ut nulla ratione conjungantur, quod ad producendos effectus neceſſarium eſſe duxerunt.

Cauſarum conjunctio neceſſaria videtur eſſe Phyſicis, ut producatur effectus: at nihilum nulli coniungitur.

Sed age demõſtrationes has examinemus. Nil unquam ex nihilo factum eſſe animadverterunt Philoſophi: Ea verò noſtræ mentis eſt conditio, ut intelligat nihil quin id à ſenſibus appræhenderit, & eo eſt norma veritatis ut ijs quæ ſunt extra intellectum, per omnia reſpondeant. Phantaſma fuerit igitur ſi quid ex nihilo fieri poſſé mẽte concipiam, cum ejus nequeat exemplum demonſtrari. Sed perpende quæſo diligẽtius, an verum ſit quod ab Ariſtotele

Nil conſpicitur ex nihilo fieri

Et Phãtaſma eſt quod non approbat experientia.

V ſæpius

ſæpius objicitur, nil in intellectu eſſe, quin prius in ſenſu fuerit: Hoc enim prima hujus libri parte ſatis (ut exiſtimo) copioſè refutavimus, cum ſcientias omnes) non habitus intelligo, ſed ſimplices intelligendi facultates) nobis innatas eſſe demonſtraremus: Non ob id tamen hoc reijecero veritatis argumentum, falſum videlicet eſſe quod rebus extra intellectum repugnaverit, aut ijs nulla comprobetur ratione: Non hæc enim noſtra de mundo ſententia, ullo quod oculis objiciatur infringi poteſt, cum duplicem eorum quæ fiunt rationem doceamus, ſecundum duplices effectuum cauſas, primam nimirũ, atq; ſecundas, quod animadvertiſſe decuiſſet eos, qui ſe rerum indagatores eſſe profitebantur: Naturæ ſiquidē id omnino detrahamus, quod Philoſophi ſimpliciter fieri non poſſe ſtatuerunt, quæ cauſa eſt ut Phyſicorum non nos moretur experientia, quod actio cujus hic mentionem facimus, principij ſit natura ſuperioris.

Duplices efficientes cauſæ.

Res de qua quæritur, mundus ſcilicet, ſenſibus objicitur, ut hac quoque parte phantaſma non eſſe convincatur, quod mente voluimus. Cum ijs autem cognoſcere non poſſimus an factus ſit ex nihilo, vel ſemper extiterit, rationibus id eſt inveſtigandum. Porro quoniam natura ejus eſt forma ſubſtantialis, effectus eſt cauſæ ſuperioris, aliàs ſeipſum naturæ feciſſet,

feciſſet, quod eſt dictu quam abſurdiſsimum: Naturaliter enim fieri dicuntur quæ prius non extiterant, & fit ab alio quod non ſemper fuit. Quamobrem cum mundus naturalis effectus non ſit, ſed principij ſuperioris, concluditur ipſum alio quam naturaliter fieri ſoleat, modo factum eſſe, quem hic multis dilucidè rationibus exponimus.

Poteſt tamen quod docemus ipſorum teſtimonio confirmari: Plurima namq; ſæpius obſervarunt quorum rationes nequaquam aſſequi potuerunt, ſi non eodem, quo nos modo progrederentur: Eam videlicet quæ naturâ ſuperior eſt cauſam, ſine medio quidvis efficere poſſe, quod pluribus modo demonſtrabitur.

Obſervant plurima Phyſici quorum rationes reddere nequeunt naturaliter.

QVAE SIT DIVINARVM ET *naturalium actionum differentia.*

SI fiat ex aliquo quicquid modo fieri debet, miror quam Deo poſsimus actionem adſcribere, cum id naturæ ſit, ut poſitis omnibus cauſis ſuos proferat effectus, niſi forſan hoc inter utramq; cauſam diſcrimẽ ſtatuatur, ut non naturà quidem, ſed Deus ex quovis quidlibet efficere poſsit, quæ ratio fuerit miraculorum. Sed hoc æquè fuerit impoſsibile, quin & hoc conceſſo aliquid ex nihilo fieri poſſe conſequeretur: Nam ſi poſsit elephas ex muſca fieri, cum

Æquè poteſt aliquid ex nihilo fieri, atque quidvis ex quolibet.

ejus quantitati materia nequaquam reſpondeat, partem ſolùm ex muſca, reliquum verò elephantis ex nihilo factum oportuerit. Porrò ne diutius in confutanda ipſorum ſententia moremur, noſtram brevibus quam vera ſit exponemus. Vt actionum diverſitas Dei videlicet atque naturæ conſpiciatur, utriusque conſyderanda eſt ſubſtantia cum agat quidvis eâ quæ ſubſtantiam ſequitur potentiâ: Non enim bos hominem unquam fecerit, nec natura quicquam ex nihilo. Deus itaque (ut ſuprâ demonſtratum eſt) cum ſubſtantia ſit infinita, ſuperiorem, nec æqualem agnoſcens, potentiam habet quæ nec ſuperiore, nec æquè potenti principio cohibeatur, cumq; ſit à nullo, tali quoque ſupereminet potentia quæ nullius ope juvetur. Præterea cum reliquæ cauſæ quotquot præter eum ſunt, finitæ ſint, nulla (ut prius nobis eſt oppoſitum) proportione conveniunt, ut ei quoq; conjungi nequeant.

Agit quidvis prout ejus ſubſtantia fuerit.

Deus cum unus exiſtat infinitè, potentiam habet, quæ nec juvari poſſit à quoquam, nec impediri.

AN POSSIT DEVS ALIQVID *ex aliquo facere.*

QVod verò quæri poſſet, an aliquid Deus ex aliquo facere poſsit, cum infinitus exiſtens parem ſibi cauſam neſciat, dignum eſt ut benè conſyderetur: Videtur

Videtur enim, ut modo dictum eſt, cauſas infinitum diſtantes conjungi non poſſe, quod neceſſariò futurum ſit, ſi Deus quicquam ex aliquo faciat: Id enim cauſæ materialis rationem haberet. At ſi hoc Deo detraxerimus, potentiam ejus definiverimus.

Deus infinita ſolus eſt eſſentia: Concauſam ergo non habet quæ ad quoſuis effectus opem ei ferat.

Huic forſan objectioni quis hoc modo ſatisfacere poſsit, ſi Deum dicat poſſe quidem quidvis ex aliquo facere, ſed ita ut vel mediante natura faciat, vel nihil illud aliquid, ad effectus productionem conferat: Nam ſi faciat ex lapidibus homines, pariter eſt atq; ſi ex nihilo faceret, quod illi nihil ad hominum generationem conducant, ut nec ejus actionis concauſæ dici debeant: Verùm melius hæc nobis eſt quæſtio diſcutienda: Novimus enim etſi ſubſtantia Deus eſt infinita, nos ei tamen qui finiti ſumus conjungi, non ſubſtantijs ſolùm, ſed & actionibus: Quod ergò prius objecimus argumentum ſic intelligi debet, ut non de actione qualibet (quod finitum quid exiſtat, cum ſupra demonſtratum ſit, finitum eſſe quicquid extra ſimplicem Dei ſubſtantiam eſt) ſed ipſamet Dei potentia prolatū ſit: Prout enim fuerit effectus quē ſibi faciendum cauſa proponit, tales ejus

Quidvis ad cujuslibet generationem nil conducit: tantū ergo promovet atq; nihilū.

Deus etiā finitis conjungitur.

Qualis fuerit effectus, tales etiam cauſas admittit.

cauſas eſſe oportet, ut ſi finitus ſit finita materia adjumento eſſe poſsit, ſi ſubſtantiæ quoq; ſimilitudine conveniant aliquo modo. Sin autem potentias intuearis, cauſasq; cõjungere volueris, tales utriusq; decet eſſe facultates quæ proportione ſibi correſpondeant. Quamobrem cum Deus infinitè exiſtat, nihilq; parem obtineat potentiam, efficiens nobis cauſa dicitur, quæ ſola quidvis efficere poſsit, nõ quod alia quoque (ceu materiali) mediante, quod lubet efficere non poſsit, ſed quod nullius egeat in actum ſuam potentiam ut redigere poſsit.

Deus ſi potentiam ejus conſyderes, cauſa eſt parem non habens qua juvari poſſit: Sin ea redigatur in actum, tales admittit cauſas, qualem producere voluerit effectum.

QVAE SIT PRIMAE CAV- *ſæ potentia.*

NOn hic eſt ut ſuam nobis intellectus regulã objiciat Ariſtoteles, atq; ſi ratione compræhendere liceat nihil, quod in ſenſu prius non extiterit: Sunt enim plurima quæ ſenſus nequaquam comprobaverit. Si tamen hæc ita ſit Ariſtotelis intelligenda opinio, quod extra intellectum eſſe oporteat, quicquid mente concipimus,

cipimus,admiſero:Licet enim ſenſu nullo compræhendere Deum poſsimus, hiſce tamen quæ ſenſibus obijciuntur, eò deducimur, ut incorpoream, infinitamq; primæ cauſæ ſubſtantiam eſſe credamus. Mundũ etiam quod nec viſu, nec alio quoquan ſenſu, nec hominũ (quod hiſce prius omnino fuerit) hiſtorijs. An factus ſit aliquando, vel ſemper extiterit probari poſsit, rationibus aliquando cœpiſſe colligimus, idque vel ipſo ſenſu docemur, dum ejus partes generari & corrumpi videmus, quod præter æternorum naturam eſt.

Ortũ mũdi ſenſus oſtẽdere nequeunt.

Rationibus ergo fuerit inquirendus.

Hoc ipſum fortè videbitur ijs quæ infrà ſcribentur repugnare: Docebimus enim mundum non obſtantibus hiſce naturæ mutationibus, in æternum uſq; durare poſſe: Nam ſi mutationes finem non arguant, neque principium judicare poterunt. Sed hæc ſi probè conſyderes, ut & quæ poſtea tradentur, animadvertes ea neceſſariò cæpiſſe quæ cauſam habẽt, (ut ſunt quæcunq; mutantur omnia) non ob id tamen finem eſſe conſequutura neceſſariò.

Conſyderandum eſt igitur quid examinãdum proponatur: Nam ſi naturam ſuperet, mente potius quàm ſenſu ponderari debet, quo nomine, dum nobis de Divina potentia quæſtio eſt orta, non eſt ut ſenſus interrogentur, an poſsit aliquid ex nihilo fieri, ſed quam multis diſcurſib. aſſequuti ſumus, primæ cauſæ ſubſtantia conſyderanda

eſt: Cùm enim ſimpliciſsimus inter omnia ſit ſimplex hæc de illo intelligẽda eſt quæſtio, cujus ſubſtantiam potentia conſequitur. Quamobrem cum (velut ſupra dictum eſt) ſubſtãtia Deus infinita ſit, infinitè quoq; potens exiſtit, quo poſito ita quidvis agere poſſe dicendus eſt, ut nihil quod neceſſariò iuvare debeat, vel impedire poſsit agnoſcat, ut locum hic materia nullum habeat: Ea ſiquidem ejus ſit ratio, quæ artificum opera determinet: Deus itaq; ſi pro materia ſolum ageret, non ſimpliciter, ſed alterius reſpectu, aliquid efficeret, ſicque quod ſuprà multis demonſtravimus falſum foret. Nulli Deum eſſe ſubjectum, quod ejus definire ſubſtantiam poſsit: Cùm enim ſimplex ejus potentia ſimpliciſsima ſit ejus ſubſtantia, hanc ſanè ſi ſit illa definitam eſſe conſequitur. Deniq; cum modis omnibus abſolutiſsimam Dei poteſtatem eſſe noverimus, abſurdiſsimum fuerit ſi nihil eum poſſe conceſſerimus, quin alicujus ope, materiæ videlicet adiuvetur.

Deus cum ſubſtantiâ ſit infinitus, potentiã habet infinitam.

Materia definit artificũ actiones, quod Deo non eſt adſtribendum.

AN SIT ALIQVA MATERIAlis cauſa prima quæ primæ efficienti correſpondeat.

MAteriam quidem eam hactenus deſcripſimus, quæ finita cum ſit, infinitam

tam Dei potentiam determinare videretur: Sed talem ei poſſemus adjungere quæ infinita quoque ſit: Nam ut in naturalibus efficiẽtes cauſæ cum finitæ ſint, finitas quoq; ad producendos effectus, cauſas habẽt, eadem quoque forſitan primæ cauſæ ratio fuerit, ut quam habet efficiendi potentiã, tantam quoque materialis aliqua cauſa, ut fieri poſsit, habeant, ſed longè fuerit hoc abſurdiſsimum: Nam ſi hujus materiæ potentia tanta fuerit, quanta cauſæ efficientis infinitam eſſe oportuerit, quo poſito NIHILVM conſtitueris: Vt enim quod aliquo modo non eſt omnia facere nequit, quod eo quo deſtituitur impediri poſsit, ſic quod aliquatenus exiſtit, potentiam habere nequiet, ut infinita fiat, quippe quod iam exiſtit fieri nequeat, *Materia prima Nihilum eſt.*

Hæc materia ſi potentiam habeat infinitam, infinita eſt. Ea porrò infinitas vel affirmatione debet intelligi vel negatione: Nam quæ affirmationem habent, & negationem infinita eſſe nequeunt, quod partim exiſtant, partim vero non. Si ſit ergo hæc materiæ infinitas affirmatione intelligenda nihil fieri poterit quod OMNIA prius exiſtat, ſin negatione NIHIL erit.

Deum itaque omnipotẽtem eſſe dicimus, tum quod infinitam pro ſubſtantia potentiam habeat, tum quod materiam ſuarum ope rationum pariter infinitaum habeat,

 id

id eſt : quæ nulla penitus agendi facultate operantem impediat : Nec eſt quod non impedire quidem, ſed juvare.quis exiſtimet:Hæc enim materiæ quæ artifici ſubminiſtratur vis eſt, ut operationem quidem juvet aliquam, aliàs id ex nihilo æquè poſſet efficere,ſed hoc ipſo quo hoc ipſum opus promovet, aliud quod huic contrariũ fuerit, aut diverſum remoratur : Sic aqua quod humida,frigidaque ſit,ſitim ſedat,ſed hoc ipſo ventriculo qui calfaciendus & reſiccandus eſt,officit. Pari quoq; ratione de materia loquendum fuerit, quam primæ cauſæ adſcripſerunt : Nam ſi actiones ejus nullo penitùs modo juvet, concauſa dici non poterit,ſi juvet aliquas, aliquibus erit obſtaculo,cum fieri nequeat,ut omnes æquè juvare poſsit, aliam ſiquidem animæ, (ſi ſit aliqua)quam corporis materiam eſſe oporteat.

Materiam primam nec juvare poſſe Deũ nec impedire,

Hujus Concluſio diſputanionis. Primam primæ cauſæ tribuendam eſſe actionem, hoc eſt, quæ ſimplex cum ſit, unam non plures agnoſcat cauſas, Deumque quod concauſas non habeat, omnẽ in ſeipſo ſuarum actionum habere potentiam,ut ſit merito dicendus OMNIPOTENS.

Primam ergo materiã primæ cauſæ tribuemus,& naturæ ſecundas, Phyſicisque

cum

cum naturæ ſint non cauſæ ſuperioris indagatores, haſce conſyderandas offeremus: Non decet enim ut quæ naturam ſuperant Phyſicis diſcutiantur quæſtionibus, quod hactenus magno contigit Philoſophantium incommodo. Quamobrem cum prima ſimplicisſimè quod ſunt exiſtant, materiam quæ prima fuerit, quod nullo ſit actu compoſita NIHILVM merito vocabimus, ex quo divinitus omnia eſſe facta nobis eſt revelatum. Porrò quemadmodum primam Philoſophi cauſam, ne in infinitū cauſarum ordinem producerent aſſumpſerunt, quæ à nullo ſit, ſed à qua quæcunque ſunt, id ipſum quo per ſe ſubſiſtunt acceperint: Talem ita primam ejus actionem conſtituere decet, quæ ſimplicisſima exiſtens, cauſa ſit aliarum quæ compoſitæ dicuntur. Primam ergo dicemus actionem ſimpliciter effectum proferre, hoc eſt, ut cauſarum conjunctionem neſciat, materiæ nimirum & efficientis, Deumque ex nihilo ſeu materia prima quæcunque ſunt omnia feciſſe concludemus ut aliquid poſt ex aliquo fieret naturaliter.

Materia prima Phyſicorū NIHILVM eſt Theologorum.

Prius ex nihilo fieri debet, aliquid, quā ex aliquo fiat aliquid.

Quæcunq; compoſita ſunt, id eſt, aliquid cum ſint plurima non ſunt, his poſteriora ſunt quæ ſimpliciter exiſtunt: Sic & quæ ſecundum quid fiunt, ea ſequuntur quæ ſimpliciter proceſſerunt: Primùm ergo aliquid ſine ullius reſpectu fieri debuit, ut ſecun-

dum quid cætera fieri poſſent: Aliquid ex nihilo, ut aliquid ex aliquo fieri poſſet. Prius ſiquidem materia fuerit facienda, quam aliquid ex ea fieret.

Materia ſuam in forma potentiam habet.

Denique cum ſecunda hujus libri parte, potentiam omnem actus alicujus eſſe demonſtraverimus, ipſisq; naturæ doceamur motibus, talem unumquodq; potentiam habere, qualis ejus forma fuerit materiam quoq; primam, in & à ſua forma potentiã, ut quidvis fiat habere concludimus. Formam vero cum infinita ſit, ei præter DEVM nullam poſſumus adſcribere.

Secunda materia cum formam habeat, in ſe potẽtiam habet ut fiat, quo fit ut duas naturalia potentias habeant, ejus quod immutatur & quod immutat: Sed materia prima cum formam in ſe non habeat, ſuam quoq; non in ſe, ſed extra ſe potentiam habet, ut unica efficientis cauſæ potentia ſufficiat.

TE DEVS igitur opt. max. vocabimus. Omnipotentem, quod tua ipſius efficiente vi potentiam habeas infinitam, eàque tuæ materiæ ſit infinitas, ut tuæ virtuti per omnia reſpondeat: Fac ergo precamur, nullo tamen noſtrûm, ſed ſolo filij tui D. noſtri IESV CHRISTI merito BENIGNISSIMVM te nobis eſſe ſentiamus, qui nobis es OMNIPOTENS. Amen.

Huic de rerum ortu diſputationi, quæſtionem hanc non injucundam, ceu appendi-

pendicem annectere placuit: Quomodo nimirum munduus à Deo conſervetur, ut inde conſpicuum fiat, an ſit in æternũ manſurus neceſſario, vel interiturus aliquando.

AN RES IN DEO SVB-*ſiſtant.*

PLatonem demiror iterum, quod mundũ utpote qui factus ſit, materiaq; ſenſibus obijciatur, ſua quidem natura interire poſſe duxit, ſed hãc ejus potentiã prima cauſâ impediri, quominus corrumpatur. *An Deus mundum contineat ne corrũpatur.*

Quod bonus ſit Deus, nec humani generis velit interitum, vel rei tam præclaræ corruptionem, concluſit Plato mundum ſemper eſſe duraturum, ſed ratio hæc eſt leviſſima, quin imo converti poſsit, Deum quod bonus ſit mundum ceu peccatorum vallem eſſe deſtructurum.

Eadem omnium ferè ſententia eſt hoc tẽpore Theologorum, & Philoſophorum: Iudicant enim mundum ſi non à Deo conſervaretur, conſiſtere non poſſe. Verum ſimplices Domini dum hac ratione Dei gloriam promovere volunt, in abſurdũ delabuntur, quod aliter evitare potuiſſent: Nam ſi mundum ſtatuamus, ſi non in Deo, conſiſtere non poſſe, unam utriusq; ſubſtãtiam eſſe conſequetur, cum per ſe ſubſiſtere debeat, quod ſubſtantia nominatur. *Subſtantia per ſe ſubſiſtit.*

Porrò

Porro cum ſubſtantia Deus infinita ſit, non eſt ut nos quis exiſtimet Dei cæterorumq; ſubſtantias ita ſeparare, ut corpus à corpore: Nam non viventia ſolùm, ſed abjectiſsima quæq; in Deo eſſe concedimus, at non ut accidentia, quæ eo ipſo quod ſunt IN-ESSE dicuntur. Suam enim ſubſtantiam habent, quam ſuo tempore à Deo acceperunt, ſecundum quam per ſe ſubſiſtunt. Hæc autem ita ſe habere ſuprà demõſtravimus, cum Dei mundiq; ſubſtantias ſeparatas eſſe doceremus, fieri ſiquidem mundus, non factus eſſe diceretur.

Omnia ſunt in Deo.

Hæc ut melius intelligantur hoc exemplo poterunt illuſtrari. Anima in corpore quidem conſiſtit, ab eo tamen ſubſtantia eſt ſecretiſſima, ut nec corpus ab anima, nec vice verſa hæc à corpore, vel in corpore ſubſiſtat. Non hæc tamen eo nomine proponimus, atque ſi Deum corpori, operaq; ipſius animæ conferremus, ſed ut ſolùm oſtendamus, quomodo mundus in Deo ESSE poſſit, ut in eo tamen non ſubſiſtat.

In & ab aliquo ſubſiſtere differunt.

Cæterum diverſimodè opera Dei in Deo ſunt, ſecundùm variam virtutum ejus diſtributionem: Cum enim animæ velut & Angeli ſubſtantiæ ſint nobiliores, quam quæ vita deſtituuntur, cumq; ſimpliciores magiſq; divinas ædant actiones, Deo magis quoq; conjunguntur.

Res Deo diverſimodè coniunguntur.

Effectus hi cum ſua cauſa conjunctiſſimi ſunt, qui ſubſtantijs

ſubſtantijs ab ea non differunt, quo nomine ſol cũ ſuo lumine ſimul eſſe dicitur: Sic inter ſeparatos à cauſis effectus, illi ſunt eis conjunctiores, qui ſubſtantijs magis conveniunt, ut viventia minus à Deo quam corporea diſtent.

Quod verò nos Paulus ait in Deo vivere, moveri, & conſervari, non ſic eſt intelligẽdum, atq; ſi vitam nobis Deus motumque daret non mediantibus corporis & animæ ſubſtantijs: Hinc enim quod abſurdiſsimum & impium fuerit, nos ſubſtantiæ Dei perfectionem eſſe conſequeretur, actiones ſiquidem ſubſtantiam à quo prodeunt perficiant, ſiq; vita, motuſq; noſtri Deo nõ animæ noſtræ tribuerentur, vivere Deus in nobis atq; moveri diceretur, ſed hæc eſt ejus dicti ſententia, ut nos vitamq; noſtrã, ut & omnes in ſe motus, ſuaque potentia Deus habeat, ſiq; velit nec vivere, nec eſſe poſsimus. Alia præter hanc Deo ratione conjungimus, non ſubſtantiâ ſolum noſtri, vel animæ noſtræ viribus, ſed ſolius Chriſti merito: Deus enim ſuo ſpiritu veram mẽti (quæ non ab ejus prodit ſubſtantia) vitam tradit, ut fide nunc, ſpe tandemq; perfecta fœlicitate Deo ſimus conjungendi.

A Deo nec vivimus, nec movemur, ſed ab anima.

Deo fide per Chriſtũ cõjungimur.

QVOMODO RES A DEO *conſerventur.*

es

Res à Deo dum fierent erãt. Nũc verò per ſe ſubſiſtunt.

RES in Deo non ſubſiſtere modo demonſtratum eſt, quod nec ſacris repugnat literis, inde ſiquidem noverimus Deum ſex diebus quæcunq; ſunt abſolviſſe, ſeptimaq; die ab omni opere quieviſſe, ut ſubſtantiam ab eo quidem accepiſſe, nõ accipere dicenda ſint. Quoniam vero Deum quæ fecerit conſervare non abſurdum fuerit, hocque doctorum omnium, ut & gentilium teſtimonio conſtet, merito fortaſsi temeritatis accuſaremur, id ſi negaremus. Vt ut tamen hæc nos terrere posſint, rem examinabimus quã ipſi paulo diligentius. Cùm id ergo conſervari noverimus, quod vel ſua ſponte, vel extrinſecus oppoſito corrumperetur, omnino ſane mundum ſi dicatur a Deo conſervari, hoſtem in ſua ipſius ſubſtantia, vel extrinſecus habere conſequetur, quo manichæorum ſententiam confirmaveris. Verùm quam pia ſit hæc Theologorum opinio videamus, quamq; veritati conſentanea. Nil in mundum præter Deum poteſtatem habere fatebuntur, ſuam ergo mundus in ſeipſo corruptionem habet, quæ ſi nõ a Deo cohiberetur, mundus conſiſtere nõ poſſet. Pulchrè profectò primum laudant, artificem, qui talia fecerit quæ niſi ſemper ab eodem ſuſtinerentur, ſua natura corruerent.

Quæ conſervari dicantur.

Solus in mundum poteſtatẽ habet Deus

Qualis quæſo fuerit architectus, qui domum ita con-

conſtruxerit, ut ſua manu perpetuo ſuſtineri debeat. Turrim Rex quidam (ut in Æſopi vita refertur) ſic ædificari volebat, ut terram nullo modo contingeret, Aquilis ad id opus erat, quæ trabes ſuſtinerẽt. Opus ſanè ſtultum erat, quod ea quibus ipſa extrui debebat, obſtaculum in ſeipſis haberent: Gravitas ergo prius ab eis erat tollenda, ut bonum conſtanſq; foret opus. Hoc ipſum de mundo dici debuerit, ſi talem in ſeipſo imperfectionem habeat, ut is ſuſtineri debeat extrinſecus.

Cur mundum Deus ita fecit ut perpetuo conſervari debeat? Quid illa fuerit opus conſervatione? Secus forſan à Deo fieri nõ potuit. Sic Ariſtoteles cœlos per ſe corruptibiles eſſe ſtatuit, ſed hanc eorum potentiam mentibus cohiberi.

Tela Penelopes hæc eſt, quam ipſa texebat ut poſt eam diſſolveret. Nullum ſanè natura nobis opus adeo rediculum exhibet, quam hic Ariſtoteles & Theologi Deo adſcribant.

Hæc ne tegenda fuerit hominum ſtultitia? Nempe ſi mendacio delectemur. Dedit Deus cœlis potentiam ad corruptionem, ut mentes illæ quid agerẽt haberent, mundumque ſic fecit, ut per ſe conſiſtere non poſſet, quo circa quid occuparetur, eſſet.

X QVAE

QVAE SIT MVNDI POTENTIA *ſecundum quam corruptibilis eſſe ſtatuitur.*

AN negabimus ergo quæret aliquis mundum potentiam habere, ut corrumpi poſsit? Nullo modo, ſed talem eſſe negavero, quæ vel mentibus, vel ipſo Deo cohiberi debeat, fruſtra ſiquidem talis ei tradita foret potentia: Cùm enim ſolus mundum Deus fecerit, ſolus in eum quoq; potentiam habet: Scipſum verò corrumpere non poſſe patet inde quod ſeipſum non fecerit. Porrò ſi corrumpatur mundus ſeu per ſe ſeu ab alio, vel in id undè factus eſt, vel in aliud quidpiam tranſmutabitur. In id ex quo factus eſt reduci non poſſe certo noveris, æquè ſiquidem hoc fieri nequeat, ac ut nihil in aliquid convertatur. Cùm hanc itaque potentiam mundus habere nequeat, ut ſua ipſius naturâ in nihilum redigatur, non eſt ut ipſum hoc nomine conſervari debere ſtatuamus. At ſi potentiam ipſum habere ſentias, ut in aliud tranſmutari poſsit, petierim ego id ne fieri naturaliter oporteat, aut ratione ſuperiori. Hoc ſi aſſerveris, hujus mutationis potentiam in mundo eſſe negavero: Sin illud, cũ naturaliter nihil immutari queat, ſi non

Mundus ſeipſum corrumpere non poteſt.

non ab alio tranſmutetur extrinſecus agente, nec in aliud agere quicquam poſsit (veluti bene Phyſici demonſtrarunt) quin habilitatem habeat utrumq;,ſeſe mutua actione, & paſsione afficiendi,ſeq; contingant invicem, Cœlum quod nec gravitate, nec levitate,nec frigore,vel calore, nec ulla qualitate contraria corruptionis potentiam referat, naturaliter tranſmutari poſſe nequaquam conceſſero. An igne quæſo conflagrari poteſt,quod phantaſtici docent ſop. iſtæ? An deorſum ferri ſydera poſsunt,terraq; ſurſum,ut orta confuſione mundus poſtea dici non debeat? Secus omnino de hiſce loquendum fuerit.

Mundum naturaliter corrumpi non poſſe.

In prima hujus libri parte triplices potentias oſtendimus,inter quas hæc una fuit, quod ex trunco poſſit homo fieri,ſed ita ut hæc non in trunco, ſed agente Deo potentia ſit. Quamobrem cum natura mundi ſit ſubſtantia, eaque naturaliter tranſmutari dicantur,quæ in id ad quod habilitatem in ſe quandam habent,mutantur, mundum ſi non hac ratione corrumpatur,potentiam in ſe nullam habere conſequitur.

MVNDVS AN SIT *æternus.*

DVas Philoſophi propoſitiones habuerunt, quas adeo veras eſſe judicarunt,

runt,ut nullo modo vel poſſent, vel deberent impugnari: Omne videlicet quod ab æterno eſt,æternum eſſe neceſſariò: Et viciſsim quod ab æterno non fuerit, in æternum eſſe non poſſe:Cùm itaque mundum cœpiſſe pluribus à nobis demōſtratum ſit, conſequi neceſſariò videtur, ut pereat aliquando. Verùm talia ſunt quæ paſsim ut veriſsima proponit Ariſtoteles, quibus fides nequaquam ſit adhibenda: Novimus enim quæ cauſam nō habent (ut quæ nunquam cœperunt) à nullo poſſe mutari,quo nomine prius axioma verum eſt omnino: Sed quæ cauſam habent eidem quoq; ſubjecta ſunt, ut verum quidem ſit nihil quod ortum habuit, in æternum eſſe neceſſariò, non tamen id ipſum finem habet neceſſariò:Id enim quod fit, in ſeipſo vim non habere novimus ut fiat, nec ut exiſtens viciſcim non ſit, ſed in cauſa ſua cui ut ortum, ſic & interitum refert acceptum. Quamobrem cum Deus mundum aliquando fecerit,& ex nihilo, cauſam hic præter eum non habet,ut in aliud immutari, vel in nihilum reduci poſsit aliquando:Vt ergo nihil per ſe nunquam in aliquid tranſmutatum fuiſſet,ſi non id prima cauſa feciſſe,ſic aliquid per ſe nunquam in nihilum corrūpi poteſt.Quare mundum ſua ipſius natura in æternū concludimus eſſe neceſſariò, ſed

Quod cœpit aliquādo contingenter ut eſt, ſic etiā corrumpitur.

Mundus in æternū eſt ſua ipſius naturà neceſſariò.

ſed Deum ejus cauſam, quod ex nihilo ipſum facere potuerit , potentiam habere credimus, ut quando viſum fuerit , eum in id unde factus eſt tranſmutet: An id verò futurum ſit aliquando, rationibus aſſequi non poſſumus, quod hæc ex ijs quæſtionibus una ſit , quæ non potentiam Dei, ſed occultam ejus voluntatem ſequuntur, nec eſt ut ab ejus bonitate ſumamus argumentum, quod ridiculè Plato nobis obtulit, cũ bonus fuerit nihilominus, ſi mundum radicitùs exterminet.

Bonitas Dei mũdo non parit æternitatem.

QVOMODO MIRACVLA RAtione poſſimus aſſequi.

QVotieſcunq; miraculorũ fit mentio, ſeu id Theologi, ſeu Philoſophi proponant, mirari quis poſsit, quam rationes humanæ contemnantur. Notum eſt ſanè miracula non eſſe, quorum quis cauſas inveſtigari poſsit. Non hoc tamen ita fuerit intelligẽdum, atque ſi cauſam eorum nullam poſſemus aſſequi, cùm præcipuum inter omnia, quod modo tractavimus ratione quodommodo potuerit adũbrari. Phyſicorum equidem talia non eſt perſcrutari , quod naturaliter ea non procedant. Etſi verò naturalia plurimorum ſebjecta ſunt miraculorum, ab ipſorum tamen na-

Miracula quodãmodo poſſunt intelligi.

tura non poſſunt rationes extrui, modus ut quo fiunt nobis innoteſcat. Prætermiſſis ergo naturæ mutationibus, quæ certis fiunt ſubſtantijs, ſuisq; procedunt qualitatibus, hoc unum appræhendemus, miraculorum cauſam eſſe Deum, vel quibus hanc vim attribuit, atque ita ut non mediante natura tanquam principio, talia operetur. Quoniam autem ſic omnia Deus ipſe creavit, ut ea ſuis ornaverit accidentibus, ratione Metaphyſicis eſt diſcurrendum, ut quæ neceſſario, quævè contingenter ſe habeant dignoſcere poſsint, ſeparatio ſiquidem eorum quæ naturaliter oportet eſſe coniuncta, genus unum ſit miraculorum: Hinc ratio tibi ſumenda eſt, quod tres pueros in fornacē miſſos, ignis non læſerit: Is enim tale quid per ſe ſubſiſtens exiſtit, ea vi atq; facultate, ut non quidvis, ſed id ſolum urat quod ad id aptum fuerit. Licet autem tale quid extiterint pueri ut natura ſua igne conſumi poſſent, hæc tamē potentia ex ijs una eſt, quæ ſalva ſubſtantiâ ſeparari poſſit. Ignem vero qui cum non urat potentiam in ſe (ſubſtantialem intelligo) nō habeat, ut urere poſsit, nemo ſanè vocaverit. At hanc ei vim nō eſſe ſublatam docet hiſtoria, eos ſiquidem uſſerit qui propè fornacē erant. Seu dicas ergo rationē pueris adſcribi debere, quod habiles non forēt, ut com-

Miraculorum cauſa Deus eſt.

Separatio miraculorum ſpecies eſt una.

comburerentur, ſeu igni quod ejus miraculoſè(hoc eſt principio natura ſuperiore) vis impedita fuerit, ut etiam quæ apta ut urerentur erant lædere non potuerit, nequaquam erraveris. Theologos autem forſitan offenderimus, ac ſi Deo miraculorum limitem conſtitueremus, non hoc tamẽ eo nomine conſcribimus, atq; ſi Dei gloriam minuere velimus, ſed ut magis ejus majeſtas oſtendatur. Cùm is enim prima ſimplexq; ſit neceſsitas, aliqua facere voluit, quæ ſecus ſe habere non poſſent, ut eo ipſo immobilis ejus ſubſtantia demonſtraretur, hinc extructæ ſunt ſcientiæ, quæ falſum inconcuſſa veritate repellerẽt, hinc in omnibus rebus, adeo leves & abjectæ quoquomodo ſint, firmum quid animaduertitur, ea ſuſtinens quæ movẽtur, & immutantur, ut immobilis illa trinitatis unitas in eis elucefcat. Porro cum de neceſsitate loquimur ſimplex eſt intelligenda, reliquæ ſiquidem ſeu naturales exiſtant, ſeu ſint aliquo limitatæ reſpectu, poſsint immutari, nec ipſa vox obſtat neceſsitatis, ejus enim id reſpectu dicitur, cui res eſt ſubjecta principio: Sic ignem dicimus idoneam materiã cõſumere neceſſario, quod natura fieri nequeat aliter. Nũc autẽ cum plurimæ nullo penitus modo mutari poſſe ſtatuimus, ut hic nullum miraculis locum

Dei neceſſitas in multis cõſpicitur.

Multa neceſſitatem à Deo nacta ſunt.

relinquamus, ea ſolum intelligimus, quæ ſimplicem ab ipſo Deo neceſsitatem acceperunt: Hinc quod factum eſt fieri non poſſe dicimus, ut factum non ſit, hinc quod ab æterno fuit in æternum ſtatuimus eſſe neceſſariò. Bis duo quatuor eſſe neceſſariò: Mentem ſi non intelligat, vim ut intelligere poſsit, habere neceſſariò. Superius cùm de mundi ortu ageremus, Deo duas tribuimus actiones, quarum una ſit interna, ſubſtantia nimirum infinita, quam neceſcitatem ſimpliciſsimam vocavimus, alia verò rebus attribuatur externis: Hāc quod voluntatem ſequatur finitam eſſe demonſtravimus, ut talis ſit ejus omnipotentia (cum non prioris, ſed externæ ſit actionis) quæ Divina definiatur voluntate: Deum verò plurima non velle clarum fit inde, quod libertatem hoc ipſum denotet, quo differt à neceſsitate, cujus ſubſtantia eſt infinitas. Hoc ipſum Theologi proponunt apertius, ut à rudioribus intelligatur facilius: Deum ſcilicet ea non velle, quæ gloriam ejus imminuerent. Nos autem ſubtilius, & magis Philoſophicè talem Dei dicimus eſſe voluntatem, quæ cum ſimplici neceſsitate conſiſtere poſsit, hoc eſt, ut hæc primas ſemper partes obtineat, cùm eſſe neceſſariò ſuijpſius, ſed velle dicatur aliorum reſpectu: Nam ſi vellet omnia, vellet

Non velle voluntatē facit liberam.

Deus exiſtit ſibi ipſi neceſſariò, ſed

let etiam quæ cum neceſſariò exiſtant,nec potentiæ,nec voluntati ſubijciuntur. Plura de hiſce ſcriberemus, ſed magnũ hæc materia poſſet adimplere volumen, ſuo forſan tempore dabitur occaſio, plenius iſta diſcutiendi, hæc ſolum nunc proponere placuit, ut clarum foret miracula talia non eſſe, quin ea veris quodammodo rationibus,non Phyſicè quidem,ſed Philoſophicè poſsimus aſſequi: Eo quoque nomine hæc de neceſsitate conſcripſimus,ut immobilis demonſtrationum veritas agnoſceretur, nec à Theologis in poſterum ob id ſolum quod Philoſophicæ ſint,reijcerentur.

ſed vult quæ ſunt aliorum.

Immobilis eſt demõſtrationũ veritas.

DE DEO QVID SIT.

HActenus Philoſophorum errores patefecimus: Iam verò ne convitia ſolùm Philoſophiæ diluiſſe videamur,ejus etiam laudes proponemus,ne non mendacij ſolum arguatur,ſed quam aſſequuta ſit veritatis nomine commendetur. Primùm ergo Deum quid ſit inveſtigabimus, ut rationibus ceu manu ſtudioſus ad ejus cognitionem ducatur. Etſi vero nos Theologi temeritatis forſan accuſabunt, quod ulterius quam mentis natura ferat, aſcendere conemur: Spero tamen,cum prima hujus libri parte, hanc de mente quæſtionem,

Philoſophia non ſolùm vitio caret, ſed eſt etiam laude digniſſima.

quid ipſa compræhendere poſsit, apertè ſatis ut exiſtimo tractaverimus, eaq; propoſituri ſimus, quæ etſi Philoſophica ſunt revelatæ tamen nobis veritati maximè ſunt conſentanea, ſi non aliud, veniam nos eſſe conſequuturos. Te ſcrutabimur ergo ſummè Deus, non quod tuo verbo fidem non adhibeamus, ſed ut ejuſdem veritas infidelibus objiciatur: Nam ſi ſeipſos qui verbum tuum oppugnant, agnoſcerent, ſufficiens haberent argumentum, id ut amplecterentur, cum ea nobis à te revelata ſint, quæ vel omnibus innata ſunt, vel eis etiam confirmari poſſunt: Fac te rogamus, ut quod trementes aggredimur, ad nominis tui gloriam, & inimicorum ejus confuſionem proſperè ſuccedat. Vt ſimplicem ergo Dei definitionem aſſequamur, conſyderanda primum ſunt, quæ ipſi communia cum cæteris eſſe videntur, perpendenda etiam, quæ cum ſolius ſint, perfecte tamen id ipſum quod Deus eſt non exprimunt. Quamobrem cùm duo ſuprà ſecundum Philoſophorum ſententiam Deo tribuerimus, quod ſui videlicet principium exiſtat, & reliquorum cauſa, non eſt ut ijs quæ poſterius hoc ſequuntur, definitionem ejus conſtruamus: Ea ſiquidem ſit relativorum natura, ut id ipſum quod ſunt aliorum ſint, quo nomine inter accidentia nome-

Duplex eſt revelatio, quarũ altera dici poſſit reminiſcentia.

Relativis Deus non eſt definiendus.

numerantur. Vnicum itaque nobis eſt aſſumendum , quod Deus ſuijpſius exiſtens principium , a nullo , nulliusque ſit cauſâ.

SIT NE DEVS AETERNITA-
te primæ cauſæ nomine , vel omnipotentia, ſcientia perfectiſſima, bonitate pari, veritate, juſtitiàve definiendus.

DEum ſuprâ ſolum ab æterno fuiſſe demonſtravimus , ſolum probavimus omnia poſſe , reliquas autem ipſi virtutes inde manifeſtum fit, eadem menſura tribuendas eſſe , quod ſubſtantiam ita ſequantur, ut nec ſeparari poſsint , nec eâdē ſalva difiniri: Licet enim multa poſſe, ſcire, multique boni, juſti , & veraces eſſe dicantur, ſic tamen hæc eis adſcribuntur , ut extrinſecus impediantur, quominus talia poſsint aſſequi perfectiſsime. Deum itaque virtutibus hiſce deſcribimus , addita (OMNI) particula, quæ licet barbaras efficiat voces, vere tamen Divinarum virtutum naturam exprimit. Etſi vero quælibet iſtarum ſoli Deo competit, ipſamque ſubſtantiam, virtutum omnium fontem vere propoſuit intelligendam : earum tamen nulla perfecte Deus quid ſit oſtendit. Nā præter id quod (ut

Nulli præter Deum quod perfecte bonū eſt attribuitur.

Deo virtutes aliorum cauſâ competunt.

(ut modo dictum eſt) Deus haſce virtutes alijs etiam communicavit, hæc omnia non tam ſimplicem Dei ſubſtantiã reſpiciunt, quam ejus opera. Non enim ſibi Deus eſt omnipotens, non prima cauſa, nec bonus, nec juſtus, ſed bonum quo virtutes hæ perficiuntur, ad alia quæ ſubſtantijs à Deo ſeparata ſunt, referuntur.

AEternitas accidens eſt infiniti velut tempus finitorum.

Æternitas equidem nulla penitùs ratione creaturis attribui poteſt, ut ad Deum quid ſit cognoſcendum ſufficere poſſe videatur: Non tamen hæc ipſemet eſt Deus, ſed infiniti, velut tempus finitorum eſt accidens. Finitum ſtatuebat Ariſtoteles mundum ab æterno fuiſſe, quamvis id falſum foret tempore tamen, quod revera finitum foret, infinitum eſſe poſſe videbatur.

Præterea cum Deus licet infinitus exiſtat, nullam ferens multitudinis rationem, ſit quàm definitiſsimus, talis ei competit definitio, quæ ſubſtantiam ejus quàm fieri poteſt breviſsimè demonſtret.

Deus infinitus eſt quod omnia ſit perfectiſsimè, cumque ſit VNVS ſimpliciſsimè, nullam admittens partium rationem, definitiſſimus eſt.

Hac igitur omiſſa virtutum congerie, vox aliqua nobis eſt inveſtiganda, quæ præterquàm quod has in ſe virtutes contineat, ſimpliciſsimam Dei ſubſtantiam, harum frontẽ oſtendat. Porro cum Theologi dum opera Dei percurrerent, nullã præter mẽ-

tem

tem inveniſſent ſubſtantiam, quæ fons & cauſa tot virtutum exiſteret Deum ut intelligentem, bonum, veracem, & juſtum MENTEM eſſe dixerunt, quod nobis prius eſt examinandum, quam ea voce Dei definitionem extruamus.

Deum Theologi mentem eſſe ſtatuunt.

SIT NE DEVS MENS.

MIror an nomen hoc ex ſacris literis hauſerint Theologi, bona ſanè conſcientiâ genus hoc admittere non poſſum: Spiritum citius eſſe conceſſerim, quod hac voce viventem ſcriptura ſubſtantiam indicet: Caveas ergo quiſquis es, ſeu Theologum agas, ſeu Philoſophêris, ne facilè Deo tribuas, quod is nequaquam extiterit: Nã ſic in ejus ſubſtantiam mentireris, duplici pœna dignus exiſtens, quod inſcitiam, mẽdacio confirmaveris. Cæterum probè voces examinandæ ſunt, quid ipſæ deſignent, an aliquam ſubſtantiæ demonſtrent imperfectionem, vel ejus & accidentium conjunctionem: Deus enim tale quid eſt, ut exiſtat perfectiſsimè, nullam ſuſtinens accidentium rationem, quo fit ut ab ejus definitione removendum ſit, quicquid actionem ab ipſa ſubſtantia diverſam indicat. Cum itaque mens talis exiſtat ſubſtantia, quæ vel ſciendo, vel intelligendo per-

Horrendũ eſt, ſi quis in Dei ſubſtantiam mentiatur.

Deus actione ſubſiſtit.

pliciſſimam Dei actionem, æquè difficulter ac ipſam ejus ſubſtantiam poſſimus appræhendere, quod accidens, aut diverſum quid ab ea non ſit, multas tamen actiones examinare licet, quas Deo Philoſophi tribuerunt, an ex eis aliqua ſufficiens ſit, ut ea Deus definiri poſſit.

Deus equidem quid ergerit ab æterno ſuamve nobis fœlicitatē nullo quod vel ſenſu, vel ratione poſsimus aſſequi ſigno demonſtrat: Cum tamen externis ejus actionibus eo devenerimus, ut infinitum quid ipſum eſſe noverimus, quod nullo pacto quietem agnoſcat, ratione diſcurrere licet, an negatione poſsimus aliquid inveſtigare, quo ſe nobis Deus quodammodo patefaciat.

Deus non eſt negatione definiendus, quod mihi vir magni quidem nominis affirmavit: Cum nil enim negatione ſubſiſtat, nil eâ fuerit etiam definiendum. Sed medium eſt ipſa negatio, quo pluribus amotis unum quid inveſtigamus quod vera dici poſſit affirmatio, qua res tandem ſit definienda.

Cavendum nobis eſt inquies ne tam alta ſcrutando Divina luce ſupprimamur: Cavendum eſt fateor, ideo tibi ne tentandum quidem hoc fuerit, ſed nos nihilominus progrediamur.

QVID

QVID INTRA SE DEVS *agat.*

DEum ſuprà demonſtravimus, præter eam qua ſe nobis conſpicuum fecit actionem, aliud intra ſe agere, cujus causâ mundo etiam non exiſtente, ipſum quieſcere non oportuerit. Eam verò nonulli contemplationem eſſe duxerunt, ut Deus ſeipſum contemplans, hoc ipſo incredibili fruatur voluptate, ſed cum ea ſit angelis, ut & nobis aliquando, communis, non eſt rationi conſentaneum, ſimplicisſimam hanc eſſe Dei ſubſtantiam, cum præſertim ea ſit intelligẽtiæ, vel contemplationis ratio, res ipſas ut conſequatur.

Dei ſubſtantia nõ eſt cõtẽplatio.

Quicquid intelligitur extra intellectum prius oportet eſſe, quam mente concipiatur, cum vice verſa res intellectæ mentem no præſupponant: Nam ſi nõ exiſterent non intelligerentur, exiſterent autem ſi non intelligerentur.

Hæc ut autem melius intelligantur, paulò res hæc apertius eſt proponenda. Quæcunq; ſunt ſuam quam habent dignitatem, ſuis produnt actionibus, ut nihil ſit quod ſola quiete definiatur. Deus itaq; cum ſimplicisſimè ſit, & infinitus, ipſamq; ſequatur actio ſubſtantiam, tale quid agit, ut nec cœperit unquam, nec finem unquam ſit aſſe-

Res ſuis nobiles ſũt actionibus.

aſſequuturū, cumque ſit neceſſariò, quietis nulla prorſum ratione particeps, ſic agit, ut nec voluntas, nec potētia præceſſerint. Denique (rem ut paucis contrahamus) cum quæcunq; ſunt actione perficiātur, Deusq; ſit perfectiſſimus, ſua ipſum actione ſubſiſtere concludimus: Non enim diverſam habet à ſua ſubſtantia perfectionē, ſed ita fœlix eſt ut ipſamet ſit fœlicitas.

Quæcunq; ſunt, ſicque ſunt ut actiones extra ſubſtantiam habeant, imperfecta ſunt: (In ſuo tamē genere quidvis eſt perfectum) quod non eo ipſo quo ſubſiſtunt, ſed externa perficiantur actione, quæ poſſit impediri: Compoſita ſunt etiam, quod accidentia tales ſint actiones. Cæterùm quoniam fine ſuo perfici quaſcunque videmus actiones, ea ſanè ſunt nobiliora quæ finem ſibi ſeu perfectionem propiorē habent, ut ea perfectiſſima ſit actio, agensq; perfectiſſimum, quod omnium proximè perficitur. Operatur artifex ut opere facto quieſcat, cujus ſpe fovetur, ut actionis moleſtiam ſufferat. Cœlum verò dum movetur ſuo fruitur fine. Deum igitur cum perfectiſſima ſit ſubſtantia, nec prius extiterit quam perfectiſſimus eſſet, ita perfici dicimus, ut & actio & ejus finis ipſamet ſit ejus ſubſtantia.

AN SINT OMNIPOTENTIA *Scientia, bonitas, &c. Dei ſubſtantia, vel ejus accidentia*

QVód vero de omnipotentia, bonitate dicitur, & ſimilibus, hæc ipſam-

met eſſe Dei ſubſtantiam, pium ne ſit, an impium, alijs omitto diſcutiendum, abſurdum eſſe novimus, quod ea non ſit eorum ratio, quã modo fœlicitatis eſſe diximus: Deum enim ab æterno, in æternum neceſſariò, ſibiq; ſoli ſcimus eſſe fœlicem, quæ perfectiſsima fœlicitas fructus non eſt ejus actionis, quam externã nominavimus. Cùm Deus igitur ſibi juſtus nõ ſit, eaq; ſcire dicatur quæ ſunt extra ejus ſubſtantiam: Poſſe verò quæ fieri deberent ipſo volente, quorum nulla neceſsitatem, ſed reſpectum omnia præſupponunt, nec ipſam cum juſtitiam, nec bonitatem, nec omnipotentiã vocavero, tum quod hæc alterius ſint, tum quod actionibus hiſce nequaquã perficiatur, alìas nobis nondum exiſtentibus fuiſſet imperfectior.

Deus ab æterno ſibi ſoli fuit fœliciſſimus.

Deus nec juſtitiâ, nec omnipotentam perficitur.

Deum ab æterno ſic egiſſe diximus, ut ipſa ſubſiſtat actione, qua ſola perfectiſſimus ſemper extitit: Non hic ergo locum bonitas habet, non angelorum laudes: ijs enim ſolùm perficitur, quæ ſui non aliorum cauſâ facit.

An ſunt ergo dicet aliquis accidẽtia, quod hæc ipſam Dei ſubſtantiam eſſe negemus? Diligenter nobis hæc eſt quæſtio diſcutienda, quod ſubtilis, & ardua ſit. Deum ipſam non eſſe omnipotentiam indè fit evidens, quod poſſe ſubſtantiam præſupponat, cui tribuatur: Ipſam præterea Dei ſubſtantiam

Alìas cum hæc in actũ redigit, perfectior exiſteret.

ſtantiam actionem diximus eſſe perfectiſſimam, cum ipſa tamen omnipotentia nec actio ſit; nec ſi redigatur in actum talis ſit actio qua Deus definiri debeat: Nam cum ſubſtantiâ & ipsâ ſit infinitus æternitate, finem actio nec habere poteſt, nec habuit ipſa principium.

Deus eo ipſo quod omnia poſſit non eſt fœlix, nô igitur eo ipſo ſubſiſtit. Antecedēs tibi ſic innoteſcet. Si quid poſſis eo ſolùm gaudes nomine, quod ſi velis id aſſequi poſſis: Si nolis nil te tua juverit potentia. Gaudes te canere poſſe, non ergo prius quam canas delectaberis, aut ſi tum ipſo te delectari dicas habitu, quod muſicus exiſtas, nequaquam tamen hunc illa perfici negaveris actione: Deum ergo quæcumque poteſt omnia facere oporteret, ut verè ſua perficeretur omnipotentiâ.

Cùm tamen ſolus omnipotens ſit Deus, nec poſsit hæc ei tolli, vel minui potentia, quinimò cum ſine hac ipſamet Dei ſubſtātia nequeat intelligi, dubius ſum accidens ne dicēda ſit. Voluntatem Deo tribuimus, quæ externas ejus præcedit actiones, hæc pariter ut omnipotētia fuerit accidēs. Reſpondebimus ergo quam fieri poterit apertiſsimè. Cùm nec ipſa ſint hæc Dei ſubſtantia, nec accidentia dici debeant, duo dicemus hiſce vocibus compræhendi, quorum ſolius Dei ſit unum, ſed alterum aliorum in ſe reſpectum contineat, hujus quidē *Sibi nil vult Deus.*

Potentia finitum quid judicat, omne verò infinitum.

accidentia, ſed illius nomine ſimplex fuerint Dei ſubſtantia Deum enim tale quid eſſe novimus quod infinitum exiſtat, qua voce jam omnipotentiam comprænhendimus, ſine reſpectu tamen, ſin addam quod finitorũ cauſa ſit ipſum poſſe denotavero, ut vox hæc priore ſui parte ſubſtantiam altera verò proponat accidens.

Quod infinitum exiſtit omnia novimus eſſe neceſſariò: Nam ſi quid ei denegaretur, hoc ipſo jam foret definitum. Cùm dicimus ergo Deum infinitam eſſe ſubſtantiam, ſimul ei tribuimus quicquid ESSE præſupponit, ſed eo modo ne difinitionem ſubindicet. Sic hoc ipſo bonitatis ipſum, & potentiæ quod libuerit efficiendi fontem eſſe docemus: Non autem bonitas ipſa dici debet (niſi bonum pro ESSE quis intellexerit, cum enim per ſe nihil malum eſſe ſuprà demonſtraverimus, converti poſſunt, ut bonum ſit quod eſt, & vice verſa quicquid exiſtit, eo ipſo bonum ſit) ſi verè velis eum definire, quod ipſa bonitas omnia quæ Deo pariter competunt nequaquam contineat. Novimus autem ipſam Deum eſſe bonitatem, ſed eo ipſo non eſt ut reſpectum tibi proponas aliquorum, quibus ipſe bonus ſit, ſed ipſam ſolum conſyderes ſubſtantiam, quæ mali nihil habeat, vel imperfectionis.

Verùm non eſt ut ab his abhorreas, diverſa ſiquidem horum accidentium ſit ratio, & eorum quæ finitis adſcribuntur ſubſtantijs: Nam ſi Deum intuearis accidentia non ſunt. Præterea quæ finitis inſunt accidentia

dentia ſubſtantias ipſas & definiunt,& perficiunt,quæ his nequaquam competunt accidentibus.

QVID DEVS AGENS EXIſtat.

SI ſit ergo Deus prout exiſtit ſimpliciſsimè definiendus, omiſsis quæ ipſi reſpectu competunt aliorum INFINITVM dicetur EXISTENS:His enim vocibus, quæ unum quid demonſtrant perfectiſsimè, cætera denotantur omnia quæ Deo poſſunt attribui,ſed eâ (velut eſt ſuprà dictum)ratione,reſpectu ne definiantur: Dũ enim creatorem nominas, eum qui ſimpliciter eſt intelligis, ſimul tamen actionem proponis,quæ Dei ſolius (etſi creare ſolus poteſt)non ſit,ſed ejus etiam operum:Hæc ſiquidem ejus ſint actionis effectus, qui cũ extra Dei ſubſtantiam ſint, externam quoque qua facta ſunt actionem eſſe conſequitur, ut cum in ſe ſuam Deus fœlicitatem habeat,iſta fœlix non ſit actione.

Ego ſum qui ſum inquit Dominus,ut ſolus ſimpliciter exiſtat.

Creari dicuntur ea, quæ quod prius nullo modo fuerint,ex nihilo fiunt: Nam ſi fierent ex materia, prius extitiſſent aliquo modo,cum materia ſimilitudine quadam ſubſtantiæ ſuos producat effectus. Hac autem Creationis voce denotatur infinitas, quod materia unde fit opus nullo definita ſit vel actu,vel potentia.

 Con-

Contemplatio ſuũ in ſeipſa finẽ habet.

Contemplatio quidem (quod cæteris actionibus quæ potentia & voluntate mediantibus procedunt,non competit) actio talis eſt,cujus opus externum non ſit, ſed in ſe ſuum habeat finem, quo nomine quod interna Dei ſit actio,Deus ea definiri poſſe videatur. Quoniam verò ea contemplationis eſt natura, quod ea quæ ſunt conſequatur, ut nihil ipſa vel fieri vel exiſtere poſsit, ſufficiens non eſt quæ perfectiſsimam Dei fœlicitatem deſcribat, cum ſua ſit ipſius ſubſtantia, non accidenti quopiam fœlicisſimus. Hanc admiſero quidem, ſed ita ut priori conjungatur, qua ratione peritus artifex operari dicitur: Deus enim ſi ſuam neſciret fœlicitatem, ea nequaquam frueretur.

Contemplatio res ipſas conſequitur, ut ESSE ſit ipſa longè præſtantius.

Pictor ſuis aliquid deſcribens coloribus, non ſine peritia ſuum opus aſſequitur,non ipſâ quidem ſcientiâ, quod nil ipſa poſsit operari, ſed alia quadam manus dexteritate, quæ mediante tamen opus habet,rei quam pingere voluerit notitia. Non ipſa tamen actionem componit quod eadem peritis ſit, & imperiti pictoris actio, quamvis opus ſit longè diverſum. Ipſam verò ſimplicem utriusque actionem eſſe patet inde,quod nec peritus,nec imperitus, ſi manibus deſtituantur,quicquam efficiant. Ia ſagt ihener, vnd ſchüttlet den kopff.

Ad hæc cum fœlices ipſa tum efficiat contemplatio, ſi res admirationem pariant, longè

longè fœliciores eæ fuerint, quam eas qui contemplabitur. Cum itaq; Deus ſit ſeipſum contemplando fœlix, multo fuerit eâ quâ quod contemplatur exiſtit ratione fœlicior, ut angelos quidem quod Deum contemplentur intelligendo. Deumq; dicere liceat eſſe fœliciſsimum exiſtendo, quo tamen exiſtere nequaquam quod quiete ſubſiſtat intelligendum eſt, ſed actio perfectiſsimâ, qua Deus fœliciter exiſtat. Hoc autẽ exemplo demonſtrare difficillimũ eſt, quod omnia quæ vel ſenſu, vel mẽte concipiuntur, ut dũ per ſe ſubſiſtunt, actiones habeat à ſubſtantia diverſas: Aliquo tamen quam fieri poterit apertiſsimè quod intelligimus conabimur exponere. Inter omnia quæcunque ſunt, nihil anima rem melius exprimere poteſt, quod ſubſtantia ſit omnium nobiliſsima, ob idq; Deo quam proxima. Porrò cũm inter omnes ejus facultates, nulla contemplatione dignior exiſtat, videretur in Deo quoq; prima atq; ſimpliciſsima eſſe, quam inveſtigamus niſi pars potius quam totum foret, nemo ſiquidem ſub ea motũ compræhendere poſsit: Cum itaq; perfectã quæramus actionẽ: quæ cum ſubſtantia converti poſsit, alia conſtituenda fuerit, qua cæteræ contineatur omnes. Vitam aſſumemus igitur, quæ cum omnibus animæ facultatibus attribuatur,

Admiratio (quæ Deo tribui non poteſt) cõtemplationem facit perfectiorem.

Deus eſt exiſtendo fœliſsimus ut nos intelligẽdo.

Anima creaturarum eſt nobiliſsima.

Contemplatio cũ ſit humanæ vitæ pars, totũ non eſt Divinæ fœlicitatis.

Deus verè vivendo ſubſiſtit. animæ forſan ſubſtantia dici poſsit, ut Deum dicere liceat vivendo ſubſiſtere. Vitam autem hanc non eſt ut contemplatione, vel ſenſu, vel motu definiamus, ſed inſcrutabili quodam vigore, qui Deum perpetuo ſine mutatione, ceu flammam fœlicißimũ efficiat: Hæc ut enim conſiſtit uſtione, ſolumq; dum fit, atque movetur exiſtit, ſic Deus ignis eſt conſumens, quod actione vigeat omnium perfectiſsimè nec factus ſit, nec abſolvi poſsit unquam, ſed eo ipſo quo fit vivens exiſtat. Verùm conſumens dicitur non eâ qua ſuum flamma conſumit alimentum ratione, quo fit ut ſubito pereat, ni ſemper aliud ſuppeditetur, ſed quod extra ſe poſita ſi videatur, nõ ut ignis in fumum vel vapores, ſed nihilum ſimplicisſimè convertat. Denique licet ipſum vivere probè ſatis rem videatur expreſsiſſe, nequaquàm tamẽ per omnia ſatisfacit, cum nihil ipſũ videatur operari, primaque Dei talis ſit actio, quæ caſam reliquarũ ſit, quibus aliquid fit quod prius nõ extiterat. Sed hoc ipſum ſequẽtibus magis eluceſcet.

Quæ ſit Dei vita.

Deus ignis eſt cõſumens.

QVOD GIGNERE DEI SIT *ſubſtantia.*

DEum Philoſophicè quidem, verè tamẽ ſupra definivimus, quod ſuijpſius princi-

principium ſit,cauſaq; cæterorum. Licet autem modò poſteriorem parte mamiſerimus , quod ea non ſimpliciter , ſed aliorum reſpectu ei tribuatur , tùm tamen eam addidimus , ut via quædam ſeu ratio foret, qua priorē & aſſequi , & melius intelligere poſſemus. Quamobrem cum ſuijpſius principium Deus exiſtat , quo ſimplicisſima ejus definitur ſubſtantia, ſic eum ab æterno dicimus egiſſe,ut ſeipſum fecerit:Cū enim hæc actio qua ipſum ſubſiſtere diximus perfectiſsima ſit,proq; ſubſtantia, nec principium,nec finem agnoſcat , opus ei dignitate par eſt adſcribendum,quod & infinitum ſit,& perfectiſsimum:At præter Deum nil eſt cui poſsint hæc competere. Deum ergo quod ſine ulla quietis ratione ſemper egerit , ab æterno ſeipſum feciſſe concludemus. Solus enim ſemper extitit , ut aliud ei non poſsit opus attribui. Porrò ſi ſemper quidem ipſum fuiſſe concedas,aut non vel factum , vel fieri,cum aliud egiſſe potuerit,& perfecta nihilominus frueretur fœlicitate , actiones omnis generis tibi proponam examinandas , an non inter omnes ea digniſsima ſit , atque perfectiſsima , qua ſubſiſtens efficitur aliquid. Viventia conſyderes ulterius,an non præter eas quibus vivunt actiones, priorē agnoſcunt qua non vivere , ſed exiſtere

Quid ab æterno Deus egerit.

Actionis perfectiſſimæ debet opus eſſe perfectiſſimū.

Actio perfectiſſima ſubſiſtens alquid efficit.

Anima ſit priuſquam vivat. Sic Deus ut vivat ſeipſum efficit.

dicuntur? Anima ſui cauſam habet Deum, à quo ſuam accepit ſubſtantiam, qua pòſt vivere poſſet. Deum itaq; præter id quo vivit aliud agere ducimus, quo vivens ſubſiſtit, cum talem vivere præſupponat actionem, ſed quæ tamen ab ea differat, quam animæ dum fieret tribuimus: Hæc enim cum finitum quiddam ſit, finita ut exiſteret, opus habuit actione: Deus autem cum nunquam cœperit, perpetua ſubſiſtit actione, quæ nec principium habuerit, nec finem ſit habitura, quo nomine vitam & contemplationem quæ illius internæ ſunt actiones, hac ipſa comprehendimus actione, ut Deus ab æterno ſeipſum faciens vita fuerit & contemplatione fœlicisſimus. Cæterum quoniam nomen quo mirabilem hanc Dei actionem poſsimus exprimere, nullum eſt, id ejus actionis ipſi tribuemus, quæ præter cæteras ipſi maxime ſimilis fuerit. Quamobrem cum gignere dicantur ea, quæ ſibi ſimilia faciunt, Deus qui nõ ſibi ſolũ ſimile ſed ſemetipſum fecit, ab æterno GENVISSE dicendus eſt.

Deus ſeipſum ab æterno faciens eſt vita fœliciſſimus, & contemplatione.

TRINVM ESSE DEVM PERſonis quidem, ſed unum ſubſtantia.

HAEc ſcripturæ quæ ſcribimus eſſe conſona facile crediderint, qui Deũ intelli-

intelligunt quomodo cum unus exiſtat ſimplicisſime,tribus tamen conſtet perſonis:Non hoc enim ſic eſt accipiendum, ac ſi tres illæ perſonæ numero ſeparatæ forẽt, veluti tres videmus homines, eâdem ſubſtantiâ, ſed à ſe invicem revera numero ſecretos eſſe. Subſtantia ſiquidem una nõn tres ſint,atq; ita ne partium rationem habeant. Hæc autem ſcriptuta demonſtrat apertisſime,dum patrem nominat ipſas, filium, Sanctumq; Spiritum.Cæterum quod eo ipſo Deus quo ſeipſum facit, fœlicisſimus exiſtat,eadem ſcriptura docet evidenter, hiſce vocibus quas de ſuo filio dominus expreſsit,HODIE TE GENVI: Cum enim filius æterna ſit Patris fœlicitas, ſubſtantiâ cum eo unus & idem, nec tempore nec majeſtate poſterior, hanc concludere liceat actionem eſſe, qua Deus ſemper & fœlicisſime quidem extitit: Ea ſiquidem vox (HODIE) non præſentis alicujus diei ſit, ut & præteritum & futurum amoveat,ſed ejus quam Deo tribuimus æternitatis.Deũ ergo pie credimus ab æterno ſeipſum feciſſe, Patrẽ filiũ ſibi genuiſſe, fœlicitatẽ ſibi perperiſſe,quod & in æternũ pariter ut ab æterno procedet neceſſario, cũ ab æterno quæ ſunt aliter ſe habere nequeant.Porro ſi actionem hanc diligentius examinemus,præter Patrẽ & filium, tertiũ quid

Tres Dei perſonæ non ſunt numero ſeparatæ.

Hodie ſi Deo tribuatur vox eſt æternitatis

Tres Deitatis perſonæ ſunt agens, actum, & actio.

quid inveniemus, quod ſcripturæ Spiritum Sanctum referat. Patrem enim quod facit, filium quod fit nominabimus, actionem verò quæ filium patri conjungit Spiritum Sanctum, quem ſcriptura dicit ab utroque procedere. Denique cum ſine ulla quietis ratione infinitum quid, ab æterno Deum egiſſe doceremus, & actionem, & ejus finem ſeu opus, ſimpliciſsimum quid eſſe demonſtravimus, ut quod facit, quod fit, ipſumque utriusque vinculum actionem videlicet, ipſam Dei ſubſtantiam eſſe conſequeretur: Quæ cùm revelatæ nobis veritate per omnia conſentiant, ſperamus Theologos, quæ modo Philoſophati ſumus, nequaquam eſſe rejecturos.

Vna eſt trium perſonarū ſubſtantia partibus in diviſa.

Quid Deus ſit, quaque fœlicitate fruatur, antehac à nobis eſt expoſitum, reſtat nihil, quam ut nos ipſos cognoſcere diſcamus. De mente quidem & peccato prima hujus libri parte diſputavimus, ſed tum nobis cũ Theologis erat agendum, quibus ea quæ jam demonſtranda ſunt, benè prius erant cognita. Nunc ergo conſueta methodo progrediemur, ut qui ſuam non norunt imperfectionem, ſcripturæ non acquieſcentes, vel fidem non adhibentes, ipſis quaſi ſenſibus edoceantur. Primùm verò Deum ipſum ceu cauſam contemplabimur, quales nos effecerit, ut à priori quod

quæri-

quærimus conſpiciatur, poſt ſenſus ipſos conſulemus, an res ipſæ prout conſtituerimus reſpondeant.

QVALEM DEVS HOMINEM *fecerit.*

HActenus ab æterno ſolam extitiſſe primam cauſam demonſtratum eſt, cæteraque quotquot modo ſunt ejus effectus eſſe, ita quidem ut ab eo facta ſint aliquando. Cæterùm fecit omnia prudentiſſimè, cum nullo vel juvari, vel impediri potuerit: Cum autem quæcunque mundo continentur homini ſerviant, rationi conſonum eſt ea ipſius cauſâ facta eſſe, de quibus non eſt ut ampliorem hoc loco diſputationem inſtituamus. Quoniam verò multis anima ſe conſpicuam facit facultatibus, quarum nõ unus eſt finis, inferiores ſanè ſuperiorum cauſâ factas eſſe videtur, ut homo ſola mente præcipuum, ſummumq; finem conſequatur. Porrò cum ſit intelligentiæ cauſâ creatus homo, vel Deum vel ejus opera ſolùmmodo, vel utraq; contemplari debuit. Ea verò quæ Deus homini cõtemplanda tradidit talia ſunt quæ vel laudari, vel vituperari debeant, quo nomine cognitionem hujus atque judicium contemplationi junxit, ſine quo nullam ipſa pareret

Inferiores animæ facultates ſunt cauſâ ſuperiorũ.

pareret fœlicitatem. Deus autem ut eſt juſtiſsimus, ſic in omnibus, & maximè præſtantioribus juſtitiam expoſtulat.

Virtutes quæ nobis aliquatenus, Deo competunt perfectiſſimè, quod omnia ſit infinitè.

Cùm itaq; contemplationis ea ſit juſtitia, ut quod laude dignum fuerit, pro dignitate laudetur, Hominem Deus fecit, ut ſe, nõ in operibus ſolum, laudar.. r p. rfectiſsimè: Secus enim committere... injuſtitia, cum tali ſit laude digniſsim..s,

Opera Dei conſpiciẽs homo bona videt eſſe, pulchroq; diſpoſita ordine, quod eſt laude digniſſimũ. At hæc laus operibus quod ſeipſa non fecerint, nequaquam eſt tribuenda, ſed eorum cauſæ, Creatori perfectiſſimo.

Humana fœlicitas eſt juſtitia contẽplationis.

Quamobrem perfecta ſui cognitione mẽtem Deus noſtrám definivit, quod incognita laudari non poſsint. Hoc fuit noſtræ vinculum conjunctionis cum Deo, perfectæ videlicet contemplationis, juſtitia quoq; perfectiſsima, quæ ſi quovis modo læderetur, vinculum id omnino diſrumperetur. Deus enim cum optimus ſit, nil quod ullatenus malum ſit, cum perfectiſsimus exiſtat, nil quod imperfectum fuerit, ſibi conjungi patitur.

AN

AN SIT HIC MENTIS NOſtræ ſtatus.

NOn hic opus eſt probatione, res ipſa cuivis eſt apertiſsima: Licet enim ſuam nemo ſatis miſeriam noverit, hoc unū tamen novit unuſquisq; , nec ſe quid Deus ſit ſatis intelligere, nec ſe virtutes ut decet colere poſſe. Novit præterea quilibet multis ſe totius mundi, corporis, & elementorum injurijs obnoxium eſſe, licet ejus rei cauſam pauci noverint: Ea tamen eſt quam vel puer appræhendere poſsit: Cum enim Deus exiſtat juſtiſsimus, veriſimile non eſt, adeò nos ſine cauſa miſeros eſſe. Cauſam Philoſophi peccatum agnoverunt, ſed eo ipſo, ut & mentirentur,&Deum accuſarent injuſtitiæ. Animā enim per ſe quidem ſine vitio eſſe ducebant,ſed corpore ſic inquinari, ut nec intelligere quod verum eſt, nec quod bonū eſt perfectè poſsit aſſequi:Quaſi verò non corpus etiam Deus ipſe fecerit, aut animā ita fecerit,ut ab eo depravari poſſet.

Mentis & voluntatis vitia ſunt cuiq; notiſſima.

Miſeria peccatum præſupponit,ut juſtitia ſalvetur.

Anima corpore Philoſophis inquinatur.

QVAE SIT PECCATI cauſa.

DVo ſunt igitur in homine conſyderāda,ne committatur error,quoDeum offen-

offendamus: Nam ſi peccatum ſubſtantiæ tribuerimus ſeu corpus, ſeu anima ſit. Deus à crimine liberari non poterit, quod eorum cauſa ſit non aliud quicquam.

Philoſophi quod rem probè non conſyderarent, Deumq; tamen omnino iuſtum eſſe, nec quod malum foret feciſſe, noſſent, animam ſtatuerunt in ſe quidem eſſe perfectam, ſed corpore ſepultam, vitiu in ſe contrahere: Noſſe tamen debuerant nil penitus exiſtere, cujus cauſa Deus non ſit, eúmq; pariter accuſari corpori ſeu animæ, peccati cauſa tribuatur.

Corporis qualitates animam per ſe non afficiunt, ſed mediantibus cordis affectibus.

Concedendum ſanè fuerit, animam etſi corporea non eſt, à corpore plurimum affici, ſed ratione quam Philoſophi nõ bene conſyderaverunt: Non ipſam enim animæ ſubſtantiam vel frigiditas, vel humiditas immutare poteſt, adde quod extrinſecus poſita, cum nec corpus noſtrum, nec animam contingant, nos plurimum ad vitia protrahere. Aliud ergo præter corporis, aut animæ ſubſtãtiam debet admitti, quod per libito regere potuerimus, ipſa nimirum VOLVNTAS cujus perfectio ſit, ut libere quidvis appræhendat.

Liberrimam eſſe voluntatem oportuit, quod virtutes nec naturaliter, nec neceſſariò procedant, quo fit ut nec eas quæ ratione carẽt aſſequãtur, nec iuſtè feciſſe dicatur, qui vel odio, vel ſpe lucri, vel metu pœnæ juſta fecerit. Præterea cum perfectiſsima foret Deus laude digniſſimus, eo ipſo nos moveri

decuit

decuit non alio quoquam, ut ei liberrimè quod juſtum erat offerremus. Sin nos aliter Deus feciſſet, neceſſitate nimirum ſubſtantiæ connata, vel extrinſecus adjuncta, nos ad ſui laudem violenter Deus protraxiſſe videretur, quod abſurdiſſimum eſt: Nil hinc enim ei accedit, quod aliàs omni ratione perfectiſſimus exiſtat, ſed noſtrum hoc eſt bonum, ut id nobis ſit exoptandum, liberè, non coactè proſequendum.

Ejus tamen fundamentum, corpus & animam, eorum quæ ad perfectas virtutes ſufficerent, notitiam, firmum eſſe debuit, aliàs in vita decidiſsimus neceſſariò, quod eo poſito libera non foret voluntas. Hanc noſtri partem corpus afficere potuit, & reliqua ſenſus quæ movere poſſunt: Cauſa tamē ut vitia committātur, hiſce nō eſt adſcribenda, ſed voluntati quæ rectam rationem neglexerit. Porrò cum hoc noſtro tempore ne quaquam hæc peccatorū cauſa ſufficiat, alias à primo, peccata ſequētia rationes habēt: Corpus enim videmus eſſe corruptum, infinitas animadvertimus vitiorum occaſiones, ipſum denique volūtatis fundamentū, Dei nimirum notitiam, rerumque cæterarum, quæ ſub electionem cadunt, infirmiſsimum eſſe, ut fieri nequeat, quin ſæpè voluntas in vitia multa feratur.

Non corpus, aut anima, ſed ipſa volūtas eſt prima peccati cauſa.

Non eo modo quo nunc iſta voluntatem antè la-

 pſum

pſum movebant, ſua namque tum bonitate potius hominem movere poterant, ſed ita ne, ſi nollet peccatum committeret: Moveri quidem poterat ijs, ſed non erant illa occaſiones ad peccata, cum malignitate quadam nunc ita nos afficiunt, ut ijs reſiſtere non poſſimus, quin vitijs ſuccumbamus.

Hæc ſeu corpus ſeu cætera conſyderes ſi nō mediante peccato (cuius ſanè ſunt fructus alias Deus injuſtitiæ foret accuſādus) à Deo ut ſunt facta eſsent, ei peccatorū cauſa poſſet adſcribi cum cauſa cauſæ, cauſa ſit etiam cauſati: Corpus enim variè morbis afficitur, & humiditate, vel frigore, vel alio quovis cerebrum afficiente, vires intellectus opprimit, doloribus iram commovet, ne ratio dominari poſsit, infinitis denique modis protrahimur, ut fieri nequeat, quin Deum peccatis offendamus.

Naturalia conſyderes contrarietate nocent, nilq; juvare poteſt, quin vel eo ipſo nobis obſit. Sin animalia reſpicias, etſi ratione carent, ut peccare non poſſint, peccati tamen in ſe fructus habent, iram, furorem, obſtinaciam, feritatem, inobedientiam & cætera quæ vel noſtræ voluntati non reſpondēt, vel à nobis ſi committerentur peccata nominari poſſēt.

Primùm ergo peccatum nobis eſt admittendum, quod aliorū cauſa fuerit, hoc eſt ut hæc in naturam inciderit imperfectio: Secus enim Deum ut imperfectum, vel malignum opificem liceret accuſare.

QVI-

QVINAM PRIMVM PECcaverint

QVis autem quod modo ſtatuendum eſſe docuimus, primum peccatum admiſerit, rationibus non ita facilè poſſumus inveſtigare, quod unum ſit hoc ex ijs quæ menti noſtræ nõ ſunt indita, cum nec potentiam Dei, nec juſtitiam, aut alias ejus virtutes demonſtret. Hiſtoricis ergo debet annumerari. Porrò cum ſupra demonſtraverimus mundum à Deo factum eſſe aliquando, rationiq; ſit conſentaneum, homines ab eo quot ad humani generis propagationem ſufficerent, factos eſſe quod nec naturaliter, nec eo quo nos modo fieri potuerint: Et ea quidẽ quam modo propoſuimus ratione, Deum videlicet, ut perfectè laudare poſſent, non aliqua vel interna, vel extrinſecus poſita neceſsitate, ſed liberè, potuerunt ipſi, vel ex eorum poſteris aliqui peccare. Quoniam verò nullis ethnicorum hiſtorijs res iſta cognoſci poteſt, ſacris acquieſcere Philoſophi debuerant, quod factum ab eis eſſet, ſi quæ hactenus à nobis ſcripta ſunt intellexiſſent. Ne tamen harum authoritate (qua parum ipſi movẽtur) potius quã rationibus niti videamur, diſputãdo diſcurremus an Philoſophicè

Peccati notitia menti non eſt innata

cè methodo nimirum conſueta, rei veritatem poſsimus aſſequi. Num autem primi parentes, aut eorum poſteri peccaverint parum intereſt quod eadem ratione progreſſos oportuerit eſſe, ſi modo majores peccaſſe fateamur. Cùm tamen omnes quotquot extant hiſtoriæ, doctorumq; veterum ſcripta hanc rerum imperfectionem demonſtrent, nec ulla fuerit unquam familia, ubicunque terrarum fuerit, quæ hac labe foret immunis, nõ abſurdũ fuerit, ſi primos parentes lapſos eſſe ſtatuamus.

Omnes imperfecti naſcimur. Primi parentes ergo peccaverunt.

QVOMODO PECCATVM SIT.

In proximum non eſſe primo peccatum.

CVm nondum admiſſo peccato nulla fuerit rerũ penuria, nulla fortunæ, vel ſyderũ injuria, nulla coporis aut externorum afflictio, nil denique quod iram movere, vel ignorantiam parere poſſet, in proximos non videtur eſſe peccatum.

Odium, metus, dolor, paupertas, & his contraria, velut & falſa boni ſpecies, imprudentia et ſimilia nos in vitia protrudunt, ut furta, cædes committantur, varijsq; nos invicẽ modis affligamus. Talia verò priuſquam peccatum eſſet non erant, aliàs ut dictũ eſt ſupra. Deus accuſari deberet, quò fit ut non exiſtentibus cauſis, in proximum non eſſe peccatum exiſtimemus.

Ecquid ergo dicemus primos ut peccarẽt moviſſe

moviſſe parentes ? Cum Deus homines creare voluerit, ut eos ſuæ fœlicitatis quodammodo participes faceret, vis & facultas eis eſt tradita, ut eũ perfectè contẽplari poſſent: Aliter enim Divina fœlicitate frui non poterant, quod (ut ſuprà diximus) ipſamet Deus ſit fœlicitas, nosq; ſolum intelligẽdo felices & ſe voluerit eſſe fœicisſimũ exiſtẽdo. Porrò quæ potuerit hujus eſſe cõtẽplationis efficacia ſequẽti demonſtrabitur exemplo. Vir dives in horto proceram hadet arborem , cujus viror totam ornat Plateam , malaque profert eo colore qui mira ſpectantes afficiat voluptate , odore qui quoſuis reficiat flagrantiſsimo , ſapore totaq; ſubſtantia quæ cæteros fructus infinitum ſuperent: Colorem quidem dominus horti vicinis, & odorem impertit, fructum ſibi ſoli ſervat. Eadem Divinæ fœlicitatis eſt ratio.

Formoſiſſimam habet maritus uxorem , quam multis conſpiciendam exhibet, ut ejus cauſâ laudetur, at ipſa ſolius verè fruitur.

Sed quomodo peccari potuerit animadverte. Arborem conſpicientes ita moventur, ut grato conſeſsis utantur animo , dominoque laudẽ & gratias agant, aut ijs nequaquam contenti, plura primũ appetant, ut fructum contingere poſsint, guſtare, tãdemq; verè frui, poſt etiã invidia, maledi-

 ctio,

ctio, furtum, horti vel arboris devaſtatio, Domini cædes, hiſque ſimilia multa ſequuntur. Hiſce videtur primùm a primis parentibus eſſe peccatum, ut ſibi conceſſa fœlicitate contenti non fuerint, ſed ijs quæ contēplabantur vere frui cupiverint, quod fieri tamen nequaquam poterat: Deus enim ſolus eſt infinitus, ut nil ei detrahi poſſit, nec habet quiſquam quod ab eo non acceperit. Hoc primum eſt atque ſimpliciſsimum inter omnia vitia, fons & origo cæterorum, expetitio videlicet rei non licitæ, ſeu ſua non eſſe ſorte contentum. Conſydera quæſo quiſquis es qui ſacra tractas, an non hæc hiſtoriæ quā deſcripſit Moyſes per omnia reſpondeant. Exiſtimo ſanè hanc ejus fuiſſe ſententiam, ſed hæc ipſum ita deſcribere voluiſſe, ut à rudi populo intelligerentur: Nam ſi Paradyſum intuearis non videtur terreſtris fuiſſe locus, qui aliquo terræ ſpacio circumſcriptus fuerit. Quamvis enim non admiſſo peccato genus humanum adeò ut nunc excreviſſet, in Paradyſo tamen fuiſſet, in univerſum terrarum orbem diſperſum, quod hiſce demonſtrat hiſtoriographus, ad pirmos parētes à Deo ante lapſum prolatis, Creſcite, multiplicamini, & replete terram.

Scaturigo vitiorum eſt ſua nō eſſe ſortè contentū.

Vniverſam terram Paradyſum fuiſſe, patet hinc quod hæc ejus imperfectio peccatum ſit conſecuta.

Ar-

Arborem verò perpende qualis fuerit, quis ejus fructus: Cum quæcunq; terra produxit, quæcunq; cœlis continentur hominis cauſa facta ſint, non eſt rationi conſentaneum, naturalem fuiſſe fructum quem Deus homini prohibuerit. Præterea quod de ſimilitudine Dei dicitur, fructum fuiſſe docet qui terrenus nequaquam fuerit: Non enim adeò amentes erant primi parentes, ut crederent è terra naſci poſſe fructum, qui Deo ſimiles ipſos efficeret. Verum Theologis hæc diſcutienda relinquimus, cũ hujus loci parum interſit, ſimpliciterne ſic ut ſcribitur hiſtoria ſit intelligẽda, vel ſecus, ſi modo quæ ſcripſimus ei conſentiãt.

IVSTVMNE SIT PRIMI PECcati pœnam in nos innocentes promanaſſe.

PRimos fecit Deus homines, non ut hæc in genus humanum miſeria derivaretur, ſed ut quales eos fecerat, ab eis reliqui naſcerentur, conceſſaque fruerentur fœlicitate: Cum hoc itaque fuerit ejus conſilium, nec id (quod juſtiſsimum foret) immutare potuerit, primoſque parentes ita fecerit, ut id conſilium adimplere poſſet, non eſt quod præter eos parentes, alium quemquam accuſemus, ſuo ſiquidem Deus

Deus nos nec facit, nec immutat: Ergo noſtræ cauſa non eſt imperfectionis.

jure nitatur: Sin nos autem ut primus crearet Deus, injuſtitiam effugere non poſſet: Nam qui nos fecerunt noſtræ ſunt cauſa corruptionis.

Qui liberos habent, curent ut ipſi probe inſtituātur ne ſi gratiam non conſequantur, vindictam in parentes eorum animæ poſtulent: Præſtaret enim nunquam natum eſſe, quam vivere ut male quis moriatur: Maledictus ergo ſit parens id qui neglexerit.

Hinc conſpicitur, an ex traduce oriantur animæ, vel cœlitus in corpora mittantur: Hoc enim ſi ſtatuatur Deus à crimine liberari non poterit, ſeu corrupta per ſe ſit anima, ſeu conjunctione cum corpore poſt ſolum inficiatur, illius enim reſepectu Deum ut efficientem malum merito culpaveris, huius autem nomine pariter ei conjunctio, mali cauſa poſsit adſcribi.

Per ſe hic intelligi debet (ne quem vox hac offēdat quod prima hujus libri parte, per ſe animam incorruptam eſſe dixerimus) ut in ſeipſa, non à corpore ſolum, anima ſui corruptionem habeat: Poſſet enim quis exiſtimare (quæ Philoſophorum fuit ſententia) corpore ſolum animas infici, ut ab eo ſeparatæ corruptionem ſimul deponant: Quod nequaquā affirmavero: Vitium enim ſtatuimus in anima eſſe, corpusq; non niſi volūtatis cauſâ malum eſſe dicēdum: Non ſubſtantiam tamen ejus malam eſſe conſequitur, cum ipſa corruptione, velut lepra corpus, affici poſſit.

Vt

Vt igitur bos bovem ſuo ſemine profert, ſic nos è viri & mulieris ſemine naſci judico: Nec eſt quod animam incorpoream eſſe quis objiciat, cum naturaliter ipſam fieri non arbitremur, ſed modo quodam ſuperiore, quem nomninare poſsis animalẽ. Ab his abhorrebant Philoſophi, ſed animas prorſũ fieri negabant, quod cum certo noverimus, æq; ipſam ex ſemine, parẽtumq; ſpiritibus, ac ex nihilo fieri poſſe credimus. Divinam ejus ſubſtantian eſſe ducis: Et Adami fuit, qua mediante noſtras Deum etiam feciſſe reſpondemus.

Animarũ ortus non Deo ſed parẽtibus primò debet adſcribi.

Deus eſt noſtri cauſa ſed Adamo mediante.

Reliqua quæ quis obijcere poſſet argumenta ſuperius a nobis refutata ſunt, ut eadem hoc loco non ſint repetenda.

Quod de ſeparatis mentibus quæri poſſet, an lapſæ ſint etiam, non eſt ut hic diſcutiamus. Vnum veriſimile videtur, eas à ſe invicem nequaquam eſſe ſucceſsivè factas, nec hæreditario jure vitium ab aliquibus in cæteras promanaſſe, ut antequam peccarent miſeræ forent, quæ forſan cauſa fuerit, quod noſtri non angelorum Deus miſereatur.

Cur diabolorum Deus non miſereatur.

QVAE SIT IVSTA PECCA-torum pœna.

SEd age quid retulerit inquiet aliquis, etſi miſerè nunc affligimur cum anima

ſi ſeparetur à corpore vel moritura ſit, vel à naturalibus libera perfectè ſit intellectura, ſublatisque peccatorum occaſionibus, abſolutis ſit fœlix futura virtutibus. Conceſſerim equidem ſi res ita ſe habeat, curandum eſſe modo, fœlices ut ſimus, quocunque modo fieri poſsit, corporeis ſeu voluptatibus, ſeu bonis id externis aſſequamur. Sed longè diverſum hic nobis eſt ſentiendum: Non enim peccatorum ea eſt ratio, atq; ſi velut à corpore vita, poſſent ab anima ſeparari: Mala ſiquidem ſit anima, nō ob corporis contagium, quod vitia naturalibus nequaquam adſcribantur, ſed quod ortu ſuo depravata ſit, ut voluntate quod malum eſt appræhendat, quò fit ut nec ſola ſeparatione repurgari poſsit. Præterea nō eſt quod peccatis ſolum quæ ſenſus movent, noſtram ponderemur miſeriam, cum adeo voluptate multos afficiant, ut eis ſuam definiant fœlicitatem, ſed fons eorum nobis, & origo ſcrutanda eſt. Novimus ex ſuprà ſcriptis a Deo nos ita creatas eſſe, ut ei conjuncti perfectiſsima frueremur fœlicitate. Porro ejus conjunctionis vinculū erat perfectæ contemplationis juſtitia perfectiſsima, laus nimirū ejus qui præterquam quod ut lauderetur dignisſimus erat, nos tanta donaverat fœlicitate. Cū vero commiſſa parētū injuſtitia vinculum

Peccata non ab anima velut à corpore vita, ſeparantur.

lum id (ut ſupra dictum eſt) diſſolutum ſit, factum eſt, ut nos Deus a ſeipſo ceu hoſtes ſeparaverit. Futurum eſt igitur, ut quicquid ad perfectam conceſſum erat fœlicitatem, parem eo ipſo miſeriam conſequamur, quam nunc appræhendere quidem non poſſumus, quod noſtræ mentes excœcatæ ſint, experiemur tamen cum ſe Deus judicem demonſtrabit, quod ſuo tẽpore futurum eſſe docebimus.

Cur jam non perfectè ſimus infœlices.

AN SINT RESVRRECTVRA *corpora.*

PRæter communem vulgi vel Epicureorum ſententiam, Philoſophi non interituras animas eſſe viderunt, quod ſi non in confeſſo foret, multis etiã demonſtraremus. Verum quamvis aliquid nequaquam tamen ſatis aſsequuti ſunt: Corpus enim, quod altera noſtri pars exiſtat, cum anima ſupereſse neceſsũ eſt, veluti modo patebit. Corpus & animam integrum videlicet hominem factum eſse conſtat, ut quemadmodum vitæ corpus, ſic Divinæ fœlicitatis particeps utrumq; fieret, quo nomine non aliquid ſolum temporis, ſed æternitatem ei Deus prædeſtinavit, quod iniquum foret eũ qui nõ peccaſset, adeo graviter puniri.

Non anima ſolùm ſed corpus etiam æternũ eſt.

Cur à Deo factum eſt corpus, ſi non ut cum anima

ſimul

ſimul eadem frueretur fœlicitate? Vel ſi punienda ſit anima, cum non ſola peccaverit, cur non & ipſum ſimul etiam puniatur? Non videtur ſanè tantilli temporis cauſa factum eſſe: Nam ſi malum ſit ei conjungi, merito Deus accuſabitur, quod haſce diverſiſſimas partes conjunxerit, ſi bonum cur ſeparantur? Separantur equidem ſed ad tempus ut demonſtrabitur, quod peccato ſit mediante, aliàs iniquus eſſet Dominus.

Corpus per ſe non eſt malũ: Ergò nec per ſe punitur.

Verùm peccatum eſt inquies, quod prævidens Dominus eſſe futurum, ſtatuit forſan opus quod facturus erat, in nihilum aliquando redigere. Nec id veritati conſonum eſt: Opus enim quod fecit eſt bonum, nec ipſa per ſe corrupta eſt peccato ſubſtantia (ut prima hujus libri parte demonſtravimus (quo fit ut nec ipſa per ſe puniri debeat. Videmus tamen corpus ipſum corrumpi, nec ſupereſſe poſt mortem amplius. Ad hoc ut reſpondeatur, hæc probè ſunt conſyderanda. Certam Deus hominum multitudinem facere decreverat, non (ut mox demonſtrabitur) infinitam. Hoc ſeu peccaret homo, ſeu conſtans in veritate permaneret, fieri debuit neceſſariò: Non enim quiſquam æternum ejus conſilium poreſt immutare.

Neſcio ſanè an quod ab aliquibus de mundo profertur, admittendum ſit, quod videlicet peccatorum cauſa, numerum annorum ſibi deſtinatum non ſit adimpleturus

adimpleturus: Cum quod a Deo decretum eſt, procedere debeat omnino : Noverat enim quid futurum eſſet, ut ejus cauſa conſilium poſt nequaquam immutet.

Quoniam vero tantum à mundo condito genus humanum excrevit, ut ne tertia quidem pars terrarum orbe compræhendi poſsit, eam judico rationem non admiſſo peccato fuiſſe futuram, ut ſi quos parentes liberos erant habituri, fœliciter ad parem in quo eſſent, ſtatum deduxiſſent ſuo tamen adimpleto tempore mundum hunc eſſet derelicturi, locumque petituri nulla partium corporis & animæ facta ſeparatione, qui omnibus excipiendis ſufficeret, donec abſoluto naturæ curſu ſimul omnes in beatas ſedes tranſmitterentur, cũ mundus hic fœlicitatis ergô nequaquam factus ſit, ſed generationis eorum, quos fœlices poſt oportuerit eſſe, quod hac etiam ſit ratione perſpicuum.

Si peccatum non eſſet mundum ſine morte derelinqueremus.

Cujus cauſa ſit hic mundus.

Mundum hunc videmus veloci corporum coeleſtium curſu, contrarijs elementorum motibus, cunctis denique mutationibus, hominis cauſà factum eſſe. Terræ dati ſunt fructus, infinitæ tum in aëre, tum in aquis animalium ſpecies, ad humani corporis ſuſtentationem. Sed quid hac opus erat? an non homines ita Deus creare poterat, ne corporeis ad ſui conſervationẽ indigerent alimentis?

Mundum hunc eſſe cauſa procreationis

alimentis? Poterat equidem, ſed hoc ei viſum eſt, ut procreandis, & educandis liberis valerent, quod cum quisq; peregiſſet, ſuo poſt tempore poſſet in eum migrare locum, qui conſervandis ſine nutritione corporibus eſſet deſtinatus. Cæterum uno quaſi momento potuiſſet Deus tot hominum millia creare, ſed parentum & filiorum ſuceſsionem ad id ordinavit, ut maiori conjungerentur amore, maiorque ob id eorũ fœlicitas eſſet. Hac ipſa quoq; Deus actione, beare voluit hominem, ut parens exiſteret, primãq; Dei quodamodo referret actionem, qua ſuæ fœlicitatis extra ſe rivos promanare voluit. Quamobrem corpus & animam ſtatuerat Deus æterna donare fœlicitate: Peccavit autem utrumq; pari punietur ergo miſeria.

Cur Deus humanum genus per traducem propagari voluerit.

Totus punivit homo: Totus ergo punietur.

Deus opera ſua nõ deſtruit: Non ergo quod fecit corpus omnino vult interire: Demonſtrabimus equidem naturam cum hoc mundo ſublatam iri, ſed alia ejus eſt ratio, noſtrorumque corporum. Ea ſiquidem (quod modo patebit) facta ſit, ut certus hominum numerus inde naſceretur, quod cum adimpletum fuerit, ea non opus erit amplius. (Corpus verò ſui non alterius cauſa factum eſt, ut pari videlicet cum anima fœlicitate fruatur.

Sed cur corpus interit inquies? In promptu cauſa eſt, quod multis naturæ ſit injurijs infectum, ut in æternum perdurare nequeat,

at, potuiſſet autem niſi peccatum eſſet. Hic præterea peccati fructus eſt, ut iræ Dei ſit morientibus indicium. Reſurgat ergo corpus cum Domino viſum fuerit, ut æternũ ejus adimpleat judicium: Quod ipſis etiam demonſtratur animæ facultatibus: Tales enim ſunt quæ ſuas ſi velint exerere vires, corporeis ad id indigeant inſtrumentis.

AN SIT MVNDVS HIC INTERiturus, aliáq; poſt hanc vita futura.

ET hoc unum ex eis eſt quæ occultæ Dei voluntati adſcribuntur, quod nec ad potentiam ejus nec majeſtatem attineat: Poſset enim corpora reſuſcitare, poſset hunc abſumere mundum, poſset alium extruere: Sin liberet autem nullo gloria ſuæ detrimento poſset ab ijs abſtinere. Quoniam tamen plurima quæ ſecretiſsimis ejus conſilijs attribuuntur, vel revelatione, vel ſuis etiam demonſtravit operibus: Non impium fuerit, ſi quod antea fide credentes appræhendimus, id ipſum ratione conemur aſsequi. Cuius cauſa creati ſimus nobis eſt inſitum naturaliter: At præterea ſenſu novimus etiam, cujus nomine mundus hic a Deo factus ſit: Denique notum nobis eſt id perpetuum

Perpetuũ nõ eſt quicquid alterius cauſa exiſtit.

Cur quæ ſuũ habet extra ſe finem in æternũ perſiſtere nequeant.

petuum non eſſe, quod alterius causâ fuerit: Tum enim ceſſat à motu quidvis, cum finem fuerit aſſequutum, fruſtrà verò foret quod eum non aſſequeretur: Quæ ratio eſt omnium quæ finem extra ſe habent: Nam quæ ſuis perficiuntur actionibus, in æternum perſiſtere poſſunt, quod earum finis actiones ipſas nequaquam tollat, ſed ita perficiat ut ſimul eſſe debeant: Cum hic ergo mundus finem extra ſe ſuum habeat, conſequi videtur aliquando finem ipſum habiturum eſſe: Generationis enim causà factus eſt, quæ nec ſuum in ſeipſa finem habet, cum alicujus boni cauſa naſcamur, ut nimirum vera Dei contemplatone fœlices exiſtamus. Cùm itaque hominum generatio, ſuum ut aliquando finem aſſequatur, ceſſatura ſit, mundum quoque quod hujus ſolùm causâ factus ſit (Nam corpora Deus facere potuiſſet, ne cibus ad ſui ſuſtentationem indigerent) ceſſaturum eſſe conſequitur. At ſi ſtatuas eum, ut antè multa ſecula finem aſſequutus eſt, ſic in æternum uſque aſſequi poſſe, alia ratione refutaberis: Cum enim naſcamur omnes, ut fœlicitatem poſt nanciſcamur, quid illi conſequentur, qui infinitum ab hinc naſcentur.

Naſcimur alicuius boni cauſa, quod ipſi per ſe nati virati non competit.

Si futura ſit infinita hominum multitudo, vel alicujus boni gratia fiet, vel ipſamet bonum id erit multi-

multitudo. Hoc admitti nequit: Non enim naſcendo finem aſſequimur, nec operatur quicquam ipſa multitudo, ut per ſe bona ſit. Cum itaque boni alicujus cauſâ, hæc hominum generatio à Deo conſtituta ſit, in infinitum produci nequit. Hominis generationem ſequitur ejuſdem perfectio, ſi nunquam ceſſet igitur hominum generatio, nunquam perfici poterit.

Omnium ſanè ſeu deſinat aliquando mundus, ſeu perſiſtat in æternum, hominum quotquot unquam naſcentur eandem oportet eſſe naturam, finem etiam eundem. Cum itaque nati ſimus, ut poſt in æternum vivamus idque ſit omnibus attribuendum, hominum generationi infinitum produci nequit, aliàs qui poſt infinita ſecula naſcerentur, non viverent poſt nativitatem: Infinitum enim ſi præteritum tempus intuearis nil ſe prius, ſin futurum nil poſterius admittit. Præterea cum in hac vita multis ad corporis ſuſtentationem, & liberorum educationem, genus humanum oportuerit impediri, quominus circa ſolam Dei contemplationem occuparetur, non exiſtimo hunc à Deo fœlicitatis noſtræ cauſâ mundum eſſe creatum. Denique cum præter hanc quæ generis noſtri dicata eſt propagationi, Deus aliam ad ſui contemplationem vitam prædeſtinaverit, futurum id

Omnium hominum eadem eſt natura.

Infinitum nil prius habet nilq́ʒ poſterius.

Mundus hic non eſt primò fœlicitatis cauſa creatus.

Aliam poſt hanc vitam eſſe futurã.

eſſe neceſſariò, credimus, non eo quo Philoſophi modo ſtatuerunt, ac ſi ſolæ forent animæ ſine corporibus victuræ: Cùm enim corpora, non animas ſolùm Deus fecerit, nec animabus ſolum, ſed & corporibus humanum genus producatur, his etiam fœlicitatem adſcribimus.

Qualem ſit Deus mundum hoc abſumpto creaturus.

Mundum ergo creaturus eſt Dominus, cum finem hic ſuum fuerit aſſecutus. Cæterum talem efficiet qui non animabus ſolum, ſed integris hominibus, & omnibus quidem excipiendis ſufficiat: Qui non ad aliorum procreationem valeat, ſed contemplandam Dei majeſtatem exponat, ut eum in ſe mirandiſque ipſius operibus intueamur. Hæc ut autem fiant, ſuis animas ornabit corporibus, huncque mundum qui ad generationem deſtinatus eſt, abſumet.

TERROR MORTIS.

CVm hoc ergo fuerit æternum Dei conſilium, non eſt quod nos hujus mundi miſeria torqueat, cum nobis æterna ſit expectanda fœlicitas. Pulchre profecto ratiocinatum eſt: Suum concedo conſilium Deus noſtrorum cauſa peccatorum nequaquam immutabit, finem verò nos immutavimus: Statuerat enim Deus quæ-

Peccatorũ cauſa ſuum Deus conſilium non immutat.

quæcunque ad perfectam fœlicitatem requiri poſſent efficere: Futurum eſt, ſed illud ipſum peccatis noſtris ad parem convertemus miſeriam: Cum enim parentum injuſtitia vinculum noſtræ cum Deo conjunctionis diſruptum ſit, non ipſum quidẽ Dei conſilium immutatum eſt, ſed ab eadẽ re finem diverſum conſequemur, quodque nobis ad fœlicitatem valuiſſet, nobis ad miſeriam conducet, quoque paternum demonſtraſſet amorem, juſtitiam exequetur. Quid noſtra ſumus ergo nacti diſputatione? Senſibus ſane, noſtræque innatis menti notitijs, eò devenimus, ut hoſtes Dei nos eſſe fateamur, cumque nobis gratiæ ſpes nulla ſuperſit, horrendum Dei judicium expectemus: Cum enim vitam hanc ſi non peccatum eſſet, non eo deſtinatam eſſe demonſtraverimus, ut veram ea fœlicitatem aſſequeremur, conſequitur profecto nec ipſa cum peccatum ſit vere nos eſſe miſeros, ut mutata in deſperationem ſpe trementes cum morimur exclamemus ENS ENTIVM noſtri miſereris, ENS ENTIVM miſerere, PERIMVS.

Eodem ſumus & fœlices, & miſeri.

Hæc vita nec miſeri nec verè fœlices eſſe poſſumus.

CONCLVSIO.

HIc eſt ultimus Philoſophiæ gradus, principiumq; Theologiæ DESPE-

Deſperatio finis eſt Philoſophiæ principiumque ſalutis.

RATIO nimirum: Nam præter haſce ratione conſcientia quoque torquet, ut graviſsimum Dei judicium expectemus: Nec eſt quod eas voces NOSTRI MISEREARIS, etſi poſteremum hoc eſt refugium, ubi nil jure poſſumus aſſequi) valere poſſe quis exiſtimet: Miſericors ſiquidem ſit Dominus, ſed ita ne juſtitiam negligat.

Poteſt Deus ſine miſericordia juſtus eſſe, non vice verſa miſericors ſine juſtitia, cujus rei ratio facilè poteſt ex ijs animadverti, quæ de ſimplici neceſſitate, Dei nimirum ſubſtantia diximus, & contingentia quam eis adſcribimus, quæcunq; Deus mediante potẽtia facit, & voluntate: Poſſet enim ea nõ facere. Verum perſe Deus eſt juſtus, quod hoc neceſſitatẽ præſupponat miſericors autem ex accidenti: Movetur enim extrinſecus poſitis, noſtra nimirum miſeria. Iudicibus hoc eſt notiſſimum, quod fixa ſit juris regulæ, ſed unum miſeria ſit ex rarò contingentibus.

Quamobrẽm cum rationem nullam videamus, ut juſtè noſtri Deus miſereatur, exclamamus quidem, ſed fruſtra, quod aditum ad ejus miſericordiam non habeamus. Hæc ſanè qui perpenderint, ut debẽt diligenter, morbi gravitate medicinam ut quærant conpellentur.

Ethnicis idem fuit ac eis qui mente laborãt: Neſciunt enim an aut quæ ſui parte laborent.

Nobis autem laus Deo ſit in æternum, oblata

lata eſt medicina, quam ſi perpenderint Philoſophi, ſe quod quæſierint, inveniſſe fatebuntur: Ita ſiquidem à Deo recipiamur, ut juſtitia gratiam nobis pepererit, gratisque ſe præſtet miſericordem. Cæterùm hanc ſalutis noſtræ partem, de tradita nobis Domini noſtri IHESV CHRISTI Saluatoris juſtitia, Deique patris gratia, rationibus ut priorem diſcuteremus, niſi quod dicitur (etſi Chriſtianorum hæc eſt profeſsio) falcem in alienam meſſem videremur immittere. Poterunt hoc Theologi ſi velint præſtare, cum plurimæ ſint, & omnes fermè, hac de re quæſtiones, (ut cur quod iniuſtum foret, pati ſanctiſsimum oportuerit, Cur liberè mortem ſubire debuerit, cur id meritum fide ſit apprehendendum, & ſimiles) quæ rationi nequaquam repugnent, quin ea potius confirmari poſsint, ut quod de juſtitia & miſericordia dictum eſt, hanc illa ſuſtineri de Philoſophia dici poſsit, ipſam fundamentum eſſe Theologiæ: Faxit Deus Opt. Max. ut quæ ad ejus gloriam ſcripta ſunt è plurimis agnoſcantur.

Gratia rationibus eſt maximè conſentanea.

Vt juſtitia miſericordiæ, ſic eſt Theologiæ Philoſophia fundamentum.

AMEN.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

RESTAURO DEL LIBRO
di LELLI
GIUSEPPE
Digitized by Google